




BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XXIII*
B
49
NAPOLI



D. IOAN. FRID. HIRTII

ANTHOLOGIA ARABICA

COMPLEXVM

VARIORVM TEXTVVM ARABICORVM SELECTORVM, PARTIM INEDITORVM, SISTENS.

ADIECTAE SVNT

VERSIO LATINA ET ADNOTATIONES.



IENAE

SVMTIBVS VIDVAE CROECKERIANAE.

MDCCLXXIV.

SERENISSIMIS PRINCIPIBVS

AC

DVCIBVS SAXONIAE

EX

ERNESTINA
PROSAPIA

MVNIFICENTISSIMIS

ACADEMIAE IENENSIS

NVTRITORIBVS

PRINCIPIBVS SVIS

LONGE CLEMENTISSIMIS

DVCIBVS PRAESTANTISSIMIS

BONARVM LITTERARVM

STATORIBVS

ET

PROTECTORIBVS

INCOMPARABILIBVS

NOVVM HOC

PARERGORVM SVORVM ACADEMICORVM

SPECIMEN


OFFERT ET CONSECRAT

CVM ARDENTISSIMO

OMNIGENAE PROSPERITATIS VOTO

SVBIECTISSIMVS DEVOTISSIMVSQVE

AVCTOR.



LECTORI BENEVOLO

SALVTEM ET PROSPERRIMA QVAEVIS PIE PRECATVR

D. IOAN. FRID. HIRT.

Quamprimum cognoui, esse quosdam, qui optarent, vt promissam Chrestomathiae Arabicae partem secundam separatim, sine nexu cum priori parte, ederem, consilium meum de parte Chrestomathiae secunda breuiori edenda penitus mutaui, et hanc Anthologiam Arabicam loco istius iam oculis tuis, L. B. sisto. Haec

anthologia, complexum textuum arabicorum ſelectorum exhibens, nunc tanquam opus ſeparatum venditur, et cuilibet, meas etiam Inſtitutiones arabicae linguae non deſideranti, ſed aliis praeceptis grammaticis adſueto, ad praxin inſtituendam vtilis et admodum proficua eſſe poteſt. Quae praxis vt eo felicius et maiori cum fructu inſtitui, atque indoles arabicae linguae eo melius cognoſci poſſit, a facilioribus ad difficiliora, et a punctatis ad non punctata progreſſus ſum, textusque arabicos in ſuas diſtribui claſſes.

In claſſe prima hiſtorica ſpecimen primum deſcriptionem vitae Mohammedis ſiſtit ex Gregorio Abvlpharagio, et textui arabico Abvlpharagii, qui ab Edvardo Pocockio ſine punctis vocalibus et diacriticis fuit editus, puncta iſta propter tirones addidi. Secundum primae claſſis ſpecimen curioſitatis gratia adductum exhibet textum arabicum punctis inſtructum et notis illuſtratum, praeeunte Georg. Wallino. Et in tertio claſſis iſtius ſpecimine, ad

ad periculum proprium in ſcholis faciendum, de vita Patriarchae cuiusdam Antiocheni arabicus textus nudus, punctis haud inſtructus, cum verſione latina ex ASSEMANI Biblioth. orient. ſuppeditatur.

Sic etiam in claſſe ſecunda dogmatica Specimen primum doctrinam Mohammedanorum de libris diuinis et Dei legatis exhibet ex ADRIANI RELANDI tractatu de religione Mohammedica; ſed quia Relandus textum arabicum ſine punctis vocalibus et diacriticis edidit, puncta iſta propter tirones iterum adpoſui, et praeter verſionem latinam notas neceſſarias addidi. Specimen ſecundum claſſis dogmaticae ſuppeditat Orationem de vitandis vitiis et exercendis virtutibus, ex HARIRII Conſeſſu primo Sananenſi, cura GOLII euulgato, decerptam, quem conſeſſum cum quinque aliis edidit quoque ALBERTVS SCHVLTENS, tres priores Conſeſſus nimirum 1731. Franequerae, et quartum, quintum, et ſextum Conſeſſum 1740. Lugduni Batau. in 4.

Et tertium ſpecimen, ob rationem ſupra nominatam, de menſibus populorum orientalium, atque epochis eorundem, ſiſtit iterum textum arabicum non-punctatum cum verſione latina ex ALFRAGANI Elementis aſtronomicis.

In claſſe tertia poëtica ſpecimen primum denuo exhibet Carmen *Thograi* totum. Cum enim dimidiam carminis huius praeſtantiſſimi partem tantum in Chreſtomathia Arabica, Inſtitutionibus arabicae linguae adiecta, notis illuſtraverim, et altera iſtius pars a vers. 29-59. adhuc illuſtranda eſſet; hunc laborem nunc perfeci, totumque carmen repetii, ac nouis adnotationibus locupletaui, cuius locum in noua editione Inſtitutionum arabicae linguae cum Chreſtomathia arabica aliud occupabit carmen. Specimina duo reliqua claſſis huius poëticae, quae noſtro huic labori qualicunque ornamentum haud exiguum et commendationem afferent, debemus celeberrimo REISKIO, viro arabicarum rerum longe peritiſſimo, qui eadem

eadem tanquam κειμηλιον diu asseruatum et luci nondum expositum mecum beneuole communicauit. Et ista plane immutata, sicut ab amico charissimo ad me olim sunt transmissa, manserunt.

In classe quarta Coranica duo specimina priora e collatione editionis Hinckelmannianae cum Marracciana orta sunt. Textus arabicus nimirum ex editione HINCKELMANNI expressus, et versio latina e MARRACCIO eidem adiecta fuit. Sed vitia typographica in Hinckelmanniana editione obuia, et lectiones variantes apud vtramque editionem conspicuas diligenter indicaui, aliasque notas textum arabicum illustrantes adieci. Tertium vero specimen e solo MARRACCIO desumtum est, et nullas in illo, praeter Marraccii notas, obseruationes nouas ad textus arabici illustrationem facientes addidi, vt iustum exinde de insufficientia notarum Marraccianarum textum arabicum illustrantium iudicium ferri queat. Elegi autem de industria tales Suratas, vel Capitula, ex Alcorano, in

in quibus tractatur argumentum tempori praesenti, et bello quod hac nostra aetate a Moslemis inceptum et continuatum est, accommodatum. Quae Suratae etiam ab alio, quantum mihi constat, seorsim antea non sunt editae*), quod tamen de multis aliis Suratis asseri potest ac debet. Sciendum enim est, quod praeter Suratam I et II, de quibus conferri potest Chrestomathia nostra arabica p. 258. sq. seorsim ediderint Suratam XIImam THOM. ERPE-

*) Equidem legi in ZACHAR. GRAPII Spicilegio historico - philologico historiam literariam Alcorani sistente, quod cum alia eiusdem disputatione recusum est in *Ahmet Ben - Abdala Mohammedani Epistola theologica de libero arbitrio ad Dn. de* AQVILA *scripta*, a Grapio edita, p. 45. IOHANNEM FABRICIVM Dantiscanum edidisse Suratam nostram XLVII; sed in ipsa huius spicilegii editione prima, quae anno 1701. lucem aspexit, extat (§. X. in fine) Surata XCVII. adeoque ex vitio typographico tantum numerus XLVII. pro XCVII. in altera editione fuit substitutus.

Erpenius (sub tit. *Historia Iosephi Patriarchae ex Alcorano, Arabice. Cum triplici versione Latina, et scholiis Thomae Erpenii, cuius et Alphabetum Arabicum praemittitur* Leidae 1617. in 4.), Suratam XIVtam Iohan. Georg. Nisselius (a quo Lugd. Batau. 1655. in 4. accepimus *Historiam de Abrahamo et de Gomorrho-Sodomitica euersione e probatiss. Cod. MSS. fidelissime depromtam cum quam plurimis exemplaribus accuratissime et diligentissime collatam, nec non commodioris interpretationis ergo triplici versione Latina vestitam.*) Suratam XVtam praeter Nisselium Io. Godofred. Lakemacherus et S. R. I. Comes Oettingensis Franciscus Ludovicus (conf. Bibliotheca nostra Oriental. et Exeget. P. II. p. 452.) Suratam XIXnam Sebast. Gottfr. Starckius, (conf. Biblioth. Orient. et Exeget. l. c. p. 454.) Suratam XXXmam Matth. Frid. Beckius, (conf. l. c. p. 456.) Suratam XXXImam Iacob. Golius, (in Appendice Arabicae linguae Tyrocinio, id est, Thom. Erpenii Grammat. Arab. adiecta

adiecta p. 184. sqq.) Suratam XXXII Em. Lucius Vriemoet, (in Appendice Grammat. arab. cuius titulum plenum in Praefat. ad Institutt. Arab. Ling. p. 2. indicaui) Suratam XLVIII Beckius l. c. Suratam LXI. Iac. Golius l.c. et Ioh. Zechendorffius (in libello, cuius titulus est: *Specimen Suratarum, id est, Capitum aliquot ex Alcorani. Systemate Iohan. Zechendorffi, Eiusdemque tum versionis, tum Refutationis qua Latinae, qua Arabicae, ante aliquam multos annos institutae: in Dei honorem; Verbique eius propagationem -- Aequissimo doctiss. atque expertiss. Eruditorum iudicio ac censurae humillime ab Ipso Interprete subiectum.* Cygneae in 4.) Suratam LXIV Thomas Erpenius, (quae Rudimentis linguae Arabicae 1620. in 8. adiuncta est) Suratam LXVI et LXVII itemque LXXV Vriemoet l. c. Suratam LXXVIII Zechendorffius l. c. Suratam XCVII Ioh. Fabricius *Dantiscanus* in *Specim. Arabico, quo exhibentur aliquot scripta Arabica, partim in prosa,*


prosa, *partim ligata oratione composita* p. 47. 48. Suratam CI et CIII ZECHENDORFFIVS (in libello, cuius titulus plenus: *Suratae vnius*, *atque alterius textum*, *eiusque explicationem ex Commentario quodam Arabe dogmata Alcorani*, *et verba maxima*, *minimaque explicante*, *literatae genti ad felicius refutandum atque solidius diiudicandum de Versione tam Alcorani*, *quam Commentatoris Muhammedanae Religionis; Speciminis ergo ponebat Iohannes Zechendorff*, *Scholae Cygneae Rector. Cygneae*, *Typis Melchioris Göpneri*). Hae sunt Suratae omnes, quas noui ac vidi, separatim editae. Quod autem IOH. MICH. LANGIVS in Dissert. de speciminibus, conatibus variis atque nouissimis successibus doctorum quorundam virorum in edendo Alcorano Arabico p. 24. et 25. de tota Surata CIX a HACKSPANIO edita, et de integra Sura CXII in Bibliotheca orientali HOTTINGERI obuia, monuit, illud ibi inuenire nondum potui. Et haec sunt, quae in praefatione praemittere, operamque meam qualemcun-

cunque in libello hoc positam commendare volui. Nihil magis opto, quam vt hic labor meus aliquid quoque ad magis promouendum philologiae orientalis studium conferre, et tuum L. B. calculum mereri queat. Vale, meisque conatibus faue!

Scripsi Ienae, pridie Non. Septembr. MDCCLXXIII.



ANTHO-



ANTHOLOGIAE ARABICAE

CLASSIS I. HISTORICA

SPECIMEN I.

Compendiolum vitae Mohammedis exhibens.

صَاحِبُ ٱلشَّرِيعَةِ ٱلْإِسْلَامِيَّةِ مُحَمَّدُ

بْنُ عَبْدِ ٱللّٰهِ ✿

ذَكَرَ ٱلنَّاسِبُونَ أَنَّ نِسْبَتَهُ تَرْتَقِي إِلَي

إِسْمٰعِيلَ بْنِ إِبْرَاهِيمَ ٱلْخَلِيلِ ٱلَّذِي

 وَلَدَتْ

وَلَدَتْ لَهُ هَاجِرُ أَمَةُ سَارَا زَوْجَتِهِ *
2 وَكَانَ وِلَادُهُ بِمَكَّةَ سَنَةَ إِثْنَتَيْنِ
وَتِسْعِينَ وَثَمَانِمِائَةَ لِلْإِسْكَنْدَرِ * 3 وَلَمَّا
مَضَي مِنْ عُمْرِهِ سَنَتَانِ بِٱلتَّغْرِيبِ مَاتَ
عَبْدُ ٱللّٰهِ أَبُوهُ وَكَانَ مَعَ أُمِّهِ آمِنَةَ
بِنْتِ وَهَبَ سِتَّ سِنِينَ * 4 فَلَمَّا تَوَفَّتْ
أَخَذَهُ إِلَيْهِ جَدُّهُ عَبْدُ ٱلْمُطَّلِبِ وَحَنَا
عَلَيْهِ * 5 فَلَمَّا حَضَرَتْهُ ٱلْوَفَاةُ أَوْصَي
ٱبْنَهُ أَبَي طَالِبَ بِحِيَاطَتِهِ وَضَمِّهِ إِلَيْهِ
وَكَفَلَهُ * 6 ثُمَّ خَرَجَ بِهِ وَهُوَ ٱبْنُ
تِسْعَ سِنِينَ إِلَي ٱلشَّأْمِ فَلَمَّا نَزَلُوا بُصْرَي
خَرَجَ إِلَيْهِمْ رَاهِبٌ عَارِفٌ ٱسْمُهُ بَحِيرَا
مِنْ

مِنْ صَوْمَعَتِهِ وَجَعَلَ يَتَخَلَّلُ ٱلْقَوْمَ
حَتَّى ٱنْتَهَى إِلَيْهِ فَأَخَذَهُ بِيَدِهِ وَقَالَ
سَيَكُونُ مِنْ هٰذَا ٱلصَّبِيِّ أَمْرٌ عَظِيمٌ
يَنْتَشِرُ ذِكْرُهُ فِي مَشَارِقِ ٱلْأَرْضِ
وَمَغَارِبِهَا فَإِنَّهُ حَيْثُ أَشْرَفَ أَقْبَلَ
وَعَلَيْهِ غَمَامَةٌ تُظَلِّلُهُ * 7. وَلَمَّا كَمُلَ لَهُ
مِنَ ٱلْعُمْرِ خَمْسٌ وَعِشْرُونَ سَنَةً عَرَضَتْ
عَلَيْهِ ٱمْرَأَةٌ ذَاتُ شَرَفٍ وَيَسَارٍ ٱسْمُهَا
خَدِيجَةُ أَنْ يَخْرُجَ بِمَالِهَا تَاجِرًا إِلَى
ٱلشَّأْمِ وَتُعْطِيهِ أَفْضَلَ مَا تُعْطِي غَيْرَهُ
فَأَجَابَهَا إِلَى ذٰلِكَ وَخَرَجَ * 8. ثُمَّ
رَغِبَتْ فِيهِ وَعَرَضَتْ نَفْسَهَا عَلَيْهِ

فَتَزَوَّجَهَا وَعُمْرُهَا يَوْمَئِذٍ أَرْبَعُونَ سَنَةً
وَأَقَامَتْ مَعَهُ إِلَي أَنْ تَوَفَّتْ بِمَكَّةَ
اثْنَتَيْنِ وَعِشْرِينَ سَنَةً * ٩. وَلَمَّا كَمُلَ
لَهُ أَرْبَعُونَ سَنَةً أَظْهَرَ ٱلدَّعْوَةَ وَلَمَّا مَاتَ
أَبُو طَالِبٍ عَمُّهُ وَمَاتَتْ أَيْضًا خَدِيجَةُ
زَوْجَتُهُ أَصَابَتْهُ قُرَيْشُ بِعَظِيمٍ مِنْ أَذَيٍ
فَهَرَبَ عَنْهُمْ إِلَي ٱلْمَدِينَةِ وَهِيَ يَثْرِبُ *
١٠. وَفِي ٱلسَّنَةِ ٱلْأُولَي مِنْ هِجْرَتِهِ
انْحَفَلَ ٱلنَّاسُ إِلَيْهِ وَنَصَرُوهُ عَلَي
ٱلْمَكِّيِّينَ أَعْدَايِهِ * ١١. وَفِي ٱلسَّنَةِ
ٱلثَّانِيَةِ مِنْ هِجْرَتِهِ إِلَي ٱلْمَدِينَةِ خَرَجَ
بِنَفْسِهِ إِلَي غَزَاةِ بَدْرٍ وَهِيَ ٱلْبَطْشَةُ
ٱلْكُبْرَي

ٱلْكُبْرَي وَهَزَمَ بِثَلَثمِأَيَةٍ وَثَلَثَةِ عَشَرَ
رَجُلًا مِنَ ٱلْمُسْلِمِينَ أَلْفًا مِنْ أَهْلِ مَكَّةَ
ٱلْمُشْرِكِينَ * 12. وَفِي هٰذِهِ ٱلسَّنَةِ
صُرِفَتِ ٱلْقِبْلَةُ عَنْ جِهَةِ ٱلْبَيْتِ ٱلْمُقَدَّسِ
إِلَي جِهَةِ ٱلْكَعْبَةِ وَفِيهَا فَرَضَ صِيَامَ
شَهْرِ رَمَضَانَ * 13. وَفِي ٱلسَّنَةِ ٱلثَّالِثَةِ
خَرَجَ إِلَي غَزَاةِ أُحُدَ وَفِيهَا هَزَمَ
ٱلْمُشْرِكُونَ ٱلْمُسْلِمِينَ وَشُجَّ فِي وَجْهِهِ
وَكُسِرَتْ رَبَاعِيَتُهُ * 14. وَفِي ٱلسَّنَةِ
ٱلرَّابِعَةِ غَزَا بَنِي ٱلنَّظِيرِ ٱلْيَهُودِ
وَأَجْلَاهُمْ إِلَي ٱلشَّأْمِ * ١٥. وَفِيهَا ٱجْتَمَعَ
أَحْزَابٌ شَتَّي مِنْ قَبَايِلِ ٱلْعَرَبِ مَعَ أَهْلِ
مَكَّةَ

مَكَّةَ وَسَارُوا جَمِيعًا إِلَي ٱلْمَدِينَةِ
فَخَرَجَ إِلَيْهِمْ وَلِأَنَّهُ هَالَ ٱلْمُسْلِمِينَ
أَمْرَهُمْ أَمَرَ بِحَفْرِ خَنْدَقٍ وَبَقَوْا بِضْعًا
وَعِشْرِينَ يَوْمًا لَمْ يَكُنْ بَيْنَهُمْ حَرْبٌ *
16. ثُمَّ جَعَلَ وَاحِدٌ مِنَ ٱلْمُشْرِكِينَ
يَدْعُو إِلَي ٱلْبِرَازِ فَسَعَي نَحْوَهُ عَلِيُّ
بْنُ أَبِي طَالِبٍ وَقَتَلَهُ وَقَتَلَ بَعْدَهُ
صَاحِبًا لَهُ وَكَانَ قَتْلُهُمَا سَبَبَ هَزِيمَةِ
ٱلْأَحْزَابِ عَلَي كَثْرَةِ عَدَدِهِمْ وَوَفْرَةِ
عَدَدِهِمْ * 17. وَفِي ٱلسَّنَةِ ٱلْخَامِسَةِ
كَانَتْ غَزَاةُ دُومَةِ ٱلْجَنْدَلِ وَغَزَاةُ
بَنِي لَحْيَانَ * 18. وَفِي ٱلسَّنَةِ ٱلسَّادِسَةِ
خَرَجَ

خَرَجَ بِنَفْسِهِ لِغَزَاةِ بَنِي ٱلْمُصْطَلِقِ
وَأَصَابَ مِنْهُمْ سَبْيًا كَثِيرًا * .19 وَفِي
السَّنَةِ ٱلسَّابِعَةِ خَرَجَ إِلَي غَزَاةِ خَيْبَرَ
مَدِينَةِ ٱلْيَهُودِ وَيُنْقَلُ عَنْ عَلِيِّ بْنِ أَبِي
طَالِبٍ أَنَّهُ عَالَجَ بَابَ خَيْبَرَ وَٱقْتَلَعَهُ
وَجَعَلَهُ مِجَنًّا وَقَاتَلَهُمْ * .20 وَفِي
الثَّامِنَةِ كَانَتْ غَزَاةُ ٱلْفَتْحِ فَتَحَ
مَكَّةَ وَعَهِدَ إِلَي ٱلْمُسْلِمِينَ أَنْ لَا
يَقْتُلُوا فِيهَا إِلَّا مَنْ قَاتَلَهُمْ وَأَمِنَ مَنْ
دَخَلَ ٱلْمَسْجِدِ وَمَنْ أَغْلَقَ عَلَي نَفْسِهِ
بَابَهُ وَكَفَّ يَدَهُ وَمَنْ تَعَلَّقَ بِأَسْتَارِ
الْكَعْبَةِ سُوَي قَوْمٍ كَانُوا يُؤْذُونَهُ *

21. وَلَمَّا أَسْلَمَ أَبُو سَفْيَانُ وَهُوَ عَظِيمُ
مَكَّةَ مِنْ تَحْتِ ٱلسَّيْفِ وَرَاي جُيُوشَ
ٱلْمُسْلِمِينَ قَالَ لِلْعَبَّاسِ يَا أَبَا ٱلْفَضْلِ
لَقَدْ أَصْبَحَ مَلِكُ ٱبْنُ أَخِيكَ عَظِيمًا
فَقَالَ لَهُ وَيْحَكَ إِنَّهَا ٱلنُّبُوَّةُ قَالَ
نَعَمْ إِذَنْ * 22. وَفِي ٱلسَّنَةِ ٱلتَّاسِعَةِ خَرَجَ
إِلَي غَزَاةِ تَبُوكَ مِنْ بِلَادِ ٱلرُّومِ وَلَمْ
يَحْتَاجْ فِيهَا إِلَي حَرْبٍ * 23. وَفِي
ٱلسَّنَةِ ٱلْعَاشِرَةِ حَجَّ حَجَّةَ ٱلْوَدَاعِ *
24. وَفِيهَا تَنَبَّأَ بِٱلْيَمَامَةِ مُسَيْلَمَةُ
ٱلْكَذَّابُ وَجَعَلَ يَسْجَعُ مُضَاهِيًا لِلْقُرْآنِ
فَيَقُولُ لَقَدْ أَنْعَمَ ٱللَّهُ عَلَي ٱلْحُبْلَي
أَخْرَجَ

أَخْرَجَ مِنْهَا نَسَمَةً تَسْعَى مِنْ بَيْنِ صِفَاقٍ
وَحَشَاءٍ * 25. وَفِي هَذِهِ ٱلسَّنَةِ وُعِكَ عَلَيْهِ
ٱلسَّلَامُ وَمَرِضَ وَتُوُفِّيَ يَوْمَ ٱلِٱثْنَيْنِ
لِلَيْلَتَيْنِ بَقِيَتَا مِنْ صَفَرٍ وَكَانَ عُمْرُهُ
بِجُمْلَتِهِ ثَلَاثًا وَسِتِّينَ سَنَةً مِنْهَا أَرْبَعِينَ
سَنَةً قَبْلَ دَعْوَةِ ٱلنُّبُوَّةِ وَمِنْهَا بَعْدَهَا
ثَلَاثَةَ عَشَرَ سَنَةً مُقِيمًا بِمَكَّةَ وَمِنْهَا
بَعْدَ ٱلْهِجْرَةِ عَشَرَ سِنِينَ مُقِيمًا
بِٱلْمَدِينَةِ * 26. وَلَمَّا تُوُفِّيَ أَرَادَ أَهْلُ
مَكَّةَ مِنَ ٱلْمُهَاجِرِينَ رَدَّهُ إِلَيْهَا
لِأَنَّهَا مَسْقَطُ رَأْسِهِ وَأَرَادَ أَهْلُ ٱلْمَدِينَةِ
مِنَ ٱلْأَنْصَارِ دَفْنَهُ بِٱلْمَدِينَةِ لِأَنَّهَا دَارُ
هِجْرَتِهِ

هِجْرَتِهِ وَمَدَارُ نُصْرَتِهِ وَأَرَادَتْ جَمَاعَةٌ
نَقْلَهُ إِلَى بَيْتِ ٱلْمُقَدَّسِ لِإِنَّهُ
مَوْضِعُ دَفْنِ ٱلْأَنْبِيَاءِ * 27. ثُمَّ ٱتَّفَقُوا
عَلَى دَفْنِهِ بِٱلْمَدِينَةِ فَدَفَنُوهُ بِحُجْرَتِهِ
حَيْثُ قُبِضَ * 28. وَٱخْتَلَفُوا فِي عَدَدِ
أَزْوَاجِهِ وَأَكْثَرُ مَا قَالُوا سَبْعَ عَشْرَةَ
ٱمْرَأَةً سِوَى ٱلسَّرَارِيِّ * 29. وَوُلِدَ لَهُ
سَبْعَةُ أَوْلَادٍ ثَلَثَةُ بَنِينَ وَأَرْبَعُ بَنَاتٍ
كُلُّهُمْ مِنْ خَدِيجَةَ إِلَّا إِبْرَهِيمَ ٱبْنَهُ
فَإِنَّهُ مِنْ مَارِيَةَ ٱلْقِبْطِيَّةِ ٱلَّتِي بَعَثَ
بِهَا ٱلْمُقَوْقِسُ إِلَى ٱلْإِسْكَنْدَرِيَّةِ مَعَ
أُخْتِهَا شِيرِينَ * 30. وَلَمْ يَمُتْ مِنْ نِسَايِهِ
قَبْلَهُ.

قَبْلَهُ إِلَّا ٱثْنَتَانِ وَلَمْ يَعِشْ مِنْ أَوْلَادِهِ
بَعْدَهُ إِلَّا ٱبْنَةٌ وَاحِدَةٌ هِيَ فَاطِمَةُ
زَوْجَةُ عَلِيِّ بْنِ أَبِي طَالِبٍ وَتُوُفِّيَتْ
بَعْدَ أَبِيهَا بِثَلَثَةِ شُهُورٍ ۞

فَصْلٌ ۞ وَقَدْ أَدَّعَي عُلَمَاءُ
ٱلْإِسْلَامِيِّينَ وُرُودَ ذِكْرِهِ فِي كُتُبِ
ٱللّٰهِ ٱلْمُنْزَلَةِ * أَمَّا فِي ٱلتَّوْرِيَةِ فَفِي
آيَةِ جَاءَ ٱللّٰهُ مِنْ سِينَا وَأَشْرَقَ مِنْ
سَاعِيرَ وَٱسْتَعْلَنَ مِنْ جَبَلِ فَارَانَ * قَالُوا
هٰذِهِ إِشَارَاتٌ إِلَي نُزُولِ ٱلتَّوْرَاةِ عَلَي
مُوسَي وَٱلْإِنْجِيلِ عَلَي عِيسَي وَٱلْقُرْآنِ
عَلَي مُحَمَّدٍ * وَأَمَّا فِي ٱلزَّبُورِ فَفِي
آيَةِ

آيَةٍ يُظْهِرُ ٱللَّهُ مِنْ صِهْيُونَ إِكْلِيلًا
مَحْمُودًا * قَالُوا ٱلْإِكْلِيلُ رَمْزٌ عَلَى
ٱلْمُلْكِ وَٱلْمَحْمُودُ عَلَى مُحَمَّدٍ *
وَأَمَّا فِي ٱلْإِنْجِيلِ فَفِي آيَةٍ * إِنْ
أَنَا لَمْ أَذْهَبْ ٱلْفَارَقْلِيطُ لَا يَجِيئُكُمْ *
وَقَدْ نُقِلَ عَنْهُ ٱلْمُعْجِزَاتُ كَانْشِقَاقِ
ٱلْقَمَرِ وَٱنْجِذَابِ ٱلشَّجَرِ إِلَيْهِ
وَتَسْلِيمِ ٱلْحَجَرِ عَلَيْهِ وَنُبُوعِ ٱلْمَاءِ
مِنْ بَيْنِ أَصَابِعِهِ وَإِشْبَاعِ ٱلْخَلْقِ
ٱلْكَثِيرِ مِنَ ٱلطَّعَامِ ٱلْقَلِيلِ وَحَنِينِ
ٱلْخَشَبِ وَشِكَايَةِ ٱلنَّاقَةِ وَشَهَادَةِ ٱلشَّاةِ
ٱلْمَشْوِيَّةِ يَقُولُ ذِرَاعُهَا لَا تَأْكُلْنِي
فَإِنِّي

فَإِنِّي مَسْمُومٌ * وَلَمَّا لَمْ يَبْلُغْ رُوَاةُ
هٰذِهِ ٱلْغَرِيبُ حَدَّ ٱلتَّوَاتُرِ بَلْ إِنَّمَا
نُقِلَتْ عَلَى سَبِيلِ ٱلْآحَادِ كَانَ
اِعْتِمَادُ ٱلْعُلَمَاءِ مِنَ ٱلْإِسْلَامِيِّينَ فِي
إِثْبَاتِ نُبُوَّتِهِ عَلَى ٱلْقُرَانِ وَٱدَّعَوْا
فِيهِ ٱلْإِعْجَازَ لِأَنَّهُ تَحَدَّى ٱلْفُصَحَاءَ
لِمُعَارَضَتِهِ وَهُمْ عَجَزُوا عَنِ ٱلْإِتْيَانِ
بِسُورَةٍ وَاحِدَةٍ مِنْ مِثْلِهِ *

Auctor legis Islamiticae Mohammed filius Abdallah.

1. Tradunt rei genealogicae periti, quod origo eius deducatur ab Ismaële filio Abrahami, amici Dei, quem peperit illi Hagar
2. ancilla Sarae vxoris illius. Et natus est Meccae anno octingentesimo nonagesi-
3. mo secundo Alexandri. Antequam autem annum secundum aetatis suae transegisset,

giſſet, mortuus eſt Abdallah pater eius, ideoque manſit apud matrem ſuam Ame-
4. nam filiam Wahebi ſex annos. Sed poſtquam ſpiritum emiſerat illa, recepit iſtum ad ſe auus eius Abdo'lmotalleb, et tenero
5. affectu fouit eundem. Cumque immineret ipſi mors, commendauit filio ſuo AbuTalebo curam ipſius, qui recepit illum ad ſe, et tutorem ſe praebuit eidem.
6. Deinde profectus eſt cum iſto, quum nonum ageret annum, ad Damaſcum, et poſtquam venerant Bozram, egreſſus eſt ad illos monachus chriſtianus venerabilis, cuius nomen erat Bohira, e coenobio ſuo, qui ſtudebat penetrare per mediam turbam vsque dum perueniret ad illum, vbi apprehendit eum manu ſua, atque dixit: Futurum eſt vt fiat a puero hocce negotium magnum, cuius fama diffundet ſe per partes orientales terrae et per partes eius occidentales; nam ſimulac nobiliſſimus hic acceſſit, ſtatim ſuper illo
7. nubes obumbrauit eum. Cumque compleuiſſet annum aetatis ſuae vigeſimum quintum, propoſuit ei mulier gaudens nobilitate et opulentia, cuius nomen erat Chadijah, vt abiret cum opibus ipſius ad mercaturam exercendam in Syriam, et obtulit ei plus quam illud quod dederat alii cuipiam; Illeque morem geſſit ei in
8. hoc, et abiit. Deinde amore capta eſt erga

erga illum, et obtulit seipsam illi, vt vxorem duceret illam. Fuit autem tum nata quadraginta annos, vixitque constanter cum illo, vsque dum obiret Meccae,
9. viginti duos annos. Et postquam ipse compleuerat annum quadragesimum, arrogauit sibi munus prophetiae. Cumque mortuus esset AbuTaleb patruus eius, itemque mortua esset iterum Chadija vxor eius; affecit illum familia Koraischitarum valde molestia. Ideoque aufugit ab illis Medinam, quae eadem est cum Iathreb.
10. Et anno primo post fugam eius congregati sunt quidam ad illum, vt auxilium praestarent ipsi contra Meccenses hostes
11. suos. Anno secundo autem post fugam eius ad Medinam exiit ipse ad praelium Bedarense, quod est praelium illud ingens, in quo profligauit cum trecentis et tredecim viris Mosleminorum mille
12. Meccenses Idololatras. Et in eodem anno conuersa est Rebla ab eo latere quod templum Hierosolymitanum spectat ad illud latus quod vergit in Caabam. Porro in eodem obseruandum mandauit (Mohammed) ieiunium mensis Ramadan.
13. Et anno tertio exiit in praelium Ohud, in quo profligarunt Idololatrae Mosleminos, et vulneratus est (Mohammed ipse) in facie sua, et confracti sunt den-
14. tes primores eius. Et anno quarto expeditio-

peditione susceptâ petiuit filios *Nadir*, Iudaeos, et exulare iussit eos in Syriam.
15. Eodemque (anno) congregatae sunt copiae diuersae e tribubus Arabum cum Meccensibus, vt inuaderent coniunctim in Medinam, quibus obuiam egressus est. Cum vero Moslemos congregasset mandatum ad effossionem valli circa moenia vrbis ducti; tunc permanserunt omnes, et per viginti dies non factum est inter
16. illos praelium. Tandem conatus est aliquis Idololatrarum prouocare ad certamen, ideoque accurrit versus illum Ali Ben AbuTaleb, et interfecit illum, itemque post illum interfecit comitem eius. Quorum interfectio fuit causa fugae copiarum istarum multitudinis numero ac ar-
17. morum copia instructarum. Et anno quinto facta est expeditio bellica contra Dumato'l Iondal, itemque expeditio con-
18. tra filios Lahian. Sed anno sexto exiit ipse ad oppugnationem filiorum Mosta-
19. lak, et cepit ex illis captiuos multos. Et anno septimo progressus est ad oppugnandam Chaibar ciuitatem Iudaeorum, vbi narratur de Ali filio AbuTalebi, quod sumserit portam Chaibari, eamque loco dimouerit, quodque illam adhibuerit pro clypeo sicque pugnauerit cum
20. illis. Et octauo *anno* fuit praelium expugnationis, *quo* expugnata est Mecca, vbi

vbi praecepit Mosleminis, vt neminem
interficerent in illa, nisi eum qui op-
pugnaret ipsos, et securitatem conces-
sit illi qui intraret templum, ac illi qui
clauderet apud se ianuam suam et auer-
teret manum suam, et illi qui suspende-
ret aulaea Caabae; praeter quosdam qui
21. damno affecerant illum. Cum vero re-
ligionem Islamiticam amplexus esset
Abu Sofjan, qui erat vnus de primori-
bus Meccae, prae metu gladii, ac vide-
ret copias Mosleminorum; dixit ad
Abbasum: Heus AbuFadl! certe eua-
sit regnum filii fratris tui magnum. Sed
respondit illi: Vae tibi, profecto Pro-
22. phetia est. Itaque dixit: Ita sane. Et
anno nono egressus est ad oppugnan-
dam Tabuc, quae est regio graeca, sed
non opus habuit apud illam pugna.
23. Anno tandem decimo instituit peregri-
24. nationem valedictionis. Et in eodem
(anno) pro propheta se venditauit in
Iamama Moseilema mendax, qui ag-
gressus est componere librum similem
Corano, vbi dixit: Vtique benignitatem
praestitit Deus grauidae, ex qua eduxit
spiritum currentem inter peritonaeum
et viscera. In isto etiam anno febri ex-
tenuata est apud illum valetudo, vt ae-
grotaret et mortem obiret die secundo
noctibus duabus nouilunium praeceden-

tibus residuo de mense Sephar. Sicque fuit aetas eius summatim sexaginta trium annorum, de quibus quadraginta anni (transacti sunt) antequam arrogaret sibi munus propheticum, et abhinc post illud (fuerunt) tredecim anni quibus subsisteret Meccae, et exinde post fugam illam celeberrimam (fuerunt) decem an-
26. ni quibus substitit Medinae. Et postquam mortuus erat, voluerunt Meccenses tanquam fugae comites, reduci eum ad Meccam, quod solum natale eius esset; sed Medinenses tanquam adiutores eius voluerunt, sepeliri eum Medinae, quod asylum eius et locus auxilii ipsi fuisset; plurimi autem voluerunt, eum transferri Hierosolymam, quod esset locus sepulturae prophetarum.
27. Tandem in hoc conuenerunt, vt sepeliretur Medinae, vbi humarunt eum mansiuncula sua, eodem loco quo a fato
28. apprehensus est. Porro diuersas fovent sententias de numero vxorum eius. Plurimi sunt, qui nominant septendecim
29. vxores, praeter concubinas. Et genuit septem liberos, tres filios atque tres filias, omnes illos a Chadijah, praeter Ibrahimum filium quippe qui erat a Maria Cophtitica, quam miserat admodum pulchram Makokus in Alexandriam cum
30. istius sorore Shirina. Neque vero mortua

tua eſt vlla vxorum eius ante illum praeter duas, neque ſuperſtitem reliquit vllum ex liberis ſuis poſt ſe niſi filiam vnicam, ſcilicet Phatemam, vxorem Ali filii AbuTalebi, quae mortua eſt etiam tribus poſt patrem ſuum menſibus.

SECTIO.

Porro aſſerunt ſapientes Islamitarum, factam fuiſſe mentionem eius (Mohammedis) in libris diuinis honorificam. Nimirum in Lege, in hoc verſu: *Venit Deus a Sina, et ortus eſt a Sair, et manifeſtatus eſt a monte Pharan.* Vbi dicunt, his verbis indicatur deſcenſus legis ad Moſen, euangelii ad Ieſum, et Alcorani ad Mohammedem. Porro in libro Pſalmorum, in hoc verſu: *manifeſtabit Deus e Sione coronam laudatam,* vbi dicunt *Eclil* ſiue corona indicat regnum, et *mahmud* ſiue laudatus (indicat) Mohammedem. Et demum in Euangelio, in iſto verſu, *Si ego non abeo, paracletus non venit ad vos.* Tandem etiam narrantur de illo miracula, vt: fiſſura lunae, velox inceſſus arborum ad illum, quod ſalutauerint eum lapides, quod ſcaturiuerit aqua inter ipſius digitos, quod ſaturauerit turbam multam cibo exiguo, quod adgemuerit ipſi trabs, quod lamentata fuerit apud eum Camela, quod teſtimonium ei perhibuerit ouis aſſa, cuius armus ipſi dixerit: ne edas de me, ſi-

quidem veneno infectus sum. At cum non ad eum numerum peruenerint, qui haec miracula narrarunt, vt frequenter facta, sed vt semel patrata recenseantur, innituntur magis Islamitarum Docti, ad prophetiam eius confirmandam, vni Alcorano, in quo ipso hoc pro miraculo habent, quod cum conati sint eloquentissimi quique ei par aliquid elaborare, ne capitulum quidem vnum ipsi conferendum proferre potuerint.

ADNOTATIONES

Haec vitae Mohammedis descriptio desumta est ex compendio historico *Gregorii Abul Pharagii*, Dynast. IX. p. 16[illegible]. sqq. cuius editionem debemus *Pocockio*, s. t. تاريخ مختصر الدول Historia compendiosa Dynastiarum authore *Gregorio Abul-Pharajio*, Malatiensi Medico, historiam complectens vniuersalem, a mundo condito, vsque ad tempora authoris, res orientalium accuratissime describens. Arabice edita, et latine versa, ab *Eduardo Pocockio* Linguae Hebraicae in Academia Oxoniensi Professore Regio, nec non in eadem L. Arabicae Praelectore et Aedis Christi Praebendario. Oxoniae 1663. Textus Arabicus efficit pag. 565. in 4. Versio latina in eadem forma 4ta, sub eodem titulo eodemque anno seorsim prodiit. Et quia in hac a morte *AbulPharagii* vsque ad aetatem suam *Pocockius* continuauit historiam orien-

orientalem, praeter istum titulum communem addita est specialis haec inscriptio: الذيل علي تاريخ مختصر الدول Supplementum historiae Dynastiarum, in quo historiae Orientalis series a Gregorii Abul-Pharagii exitu ad nostra vsque tempora compendiose deducitur ab Edwardo Pocockio etct.

Vixit autem auctor noster Seculo XIII. et variis scriptis inclaruit, de quibus conferri potest D. *Iöcheri* Allgemeines Gelehrten Lexicon P. I. p. 49.

Vberiorem vitae Mohammedis delineationem inuenimus in *Georgii Elmacini* Historia Saracenica Cap. I. quam ex arabica in latinum transtulit linguam *Thom. Erpenius*, quamque post obitum Erpenii Arabice et Latine edidit *Iac. Golius* Lugduni Batau. 1625. in fol. Vberrimam autem vitae istius descriptionem habemus ab *AbulFeda*, cuius laborem in editione admodum splendida nobiscum communicauit *Gagnier* s. t. *Ismael Abu'l-Feda* de vita, et rebus gestis Mohammedis, Moslemicae religionis auctoris, et imperii Saracenici Fundatoris. Ex codice MSto Pocockiano Bibliothecae Bodleianae Textum Arabicum primus edidit, Latine vertit, Praefatione, et Notis illustrauit *Ioannes Gagnier*, A. M. Oxoniae e theatro Scheldoniano A. D. MDCCXXIII. in fol. pag. 160. praeter pag. XXII. praefat. Nolo autem ex

his aut aliis scriptis, quae *Marraccius*, *Prideaux*, *Rodericus Ximenez*, *Herbelot*, aliique suppeditarunt, auctoris nostri compendiolum vitae Mohammedis amplificare, sed pro scopo Chrestomathiae nostrae Scholia tantum ad intelligendum textum arabicum tironibus necessaria adiiciam, in quorum gratiam etiam nouam versionem vocabulis arabicis magis respondentem, et puncta vocalia textui arabico addidi, ipsumque textum in versus distinxi, vt verba textus arabici in notis illustrata eo facilius inveniri queant.

Vers. 1. *Tradunt rei genealogicae periti*] siue originum scriptores. *Pocockius* in textu arabico habet نسابون, quasi ex singulari نَسَّابَةٌ cum ة emphatico, sicut loquitur *Golius* in Lex. p. 2357. sed rectius legitur ناسبون ex singulari نَاسِبٌ formae participialis a Rad. نَسَبَ *memorauit genus alicuius, deriuauit.* De constructione nominis pluralis autem cum verbo singulari vid. Institutt. A. L. §. 80.

ibid. *amici Dei*] Vocabulum خَلِيلٌ significat *amicum*, speciatim amicum verum, sincerum et intimum, eidemque pro amico Dei significando additur nomen diuinum خَلِيلُ ٱللّٰهِ; sed

sed et absolute de Abrahamo alias dicitur أَلْخَلِيل, sicut Iacob. II, 23.

Vers. 2. *natus est Meccae*] ad verbum: et facta est procreatio eius in Mecca. Nam vocabulum وِلَادٌ significat *procreationem, partum*, a Rad. وَلَدَ Hebr. יָלַד *peperit, procreauit.*

Vers. 3. *Antequam autem annum secundum aetatis suae transegisset*] ad verbum: Et nondum praeteriit aetate sua duos annos (siue nondum prouectus fuit in aetate sua ad biennium) ab oblatione. Nam verbum مَضَى significat *praeteriit, abiit, prouectus fuit* in aliqua re.

Vers. 4. *Spiritum emisit illa*] Vocabulum تَوَفَّتْ est Praeterit. Coniugationis V. a verbo وَفَى *promissis stetit, liberauit fidem*, et in Coni. V. *spiritum reddidit Deo, obiit.*

Vers. 6. *quum nonum ageret annum*] Ad verbum: Et ille (siue quum esset) filius nouem annorum. Qui loquendi modus apud Orientales describit eum qui nonarius est quoad annum, siue natum nouem annos, sicut apud Hebraeos בֶּן תֵּשַׁע שָׁנִים significat eum, qui natus est nouem annos, et בֶּן תִּשְׁעִים שָׁנָה deno-

tat nonagenarium ſiue natum nonaginta annos.

Ibid. *Qui ſtudebat penetrare*] Ad verbum: Et inſtituit penetrabit. De qua conſtr. vide Inſtitut. A. L. § 79. I.

Ibid. *Nobiliſſimus hic acceſſit*] Pro hac noſtra verſione أَشْرَفُ pro Nomine in ſuperlatiuo habetur, a poſitiuo شَارِفٌ, شَرِيفٌ et شُرُوفٌ *eminens, nobilis,* cuius radix eſt شَرَفَ *excelſus fuit, eminuit.* conf. Inſtitutt. A. L. §. 35. I. Sed ſecundum Pocockium vocabulum illud pro Praeterito Coniug. IV. radicis mox nominatae habendum, et legendum eſt أَشْرَفَ, vbi ſignificat etiam *prope fuit, imminuit.* Ille enim vertit: *Nam cum appropinquaret,* nube obumbratus apparuit.

Vers. 7. *Cumque compleuiſſet annum aetatis ſuae vigeſimum quintum*] Ad verbum: Et poſtquam abſolutus eſt ei ab aetate quintus et vigeſimus annus. Vbi nomen *annus* ſubiectum conſtituens apud Arabes in accuſatiuo ponitur, vide Inſtitutt. A. L. §. 92. II. et de coniunctione numeralium adde §. 63. II. et III.

Ibid. *Mulier gaudens nobilitate ac opulentia*] Vocabulum ذَات eſt Femininum τȣ ذُو *dominus,*

minus, praeditus, possessor. Sicut hoc autem cum aliis constructum efficit Concretum denominatiuum (§. 67. Institutt. A. L.) ita etiam ذَاتُ cum duobus hic constructum nominibus recte vertitur *nobilis et diues,* siue gaudens nobilitate ac opulentia.

Vers. 8. *Fuit autem tum nata quadraginta annos*]. Ad verbum: Et aetas eius tunc (fuit) quadraginta annorum, vbi vocabulum يَوْمَئِذٍ *tunc, isto tempore* conflatum est ex يَوْم et إِذْ, sicut in specimine II. iterum statim occurrit.

Vers. 10. *Anno primo post fugam eius*] Dereliqui hoc loco lectionem textus arabici apud Pocockium obuii, in quo deprehenditur vocabulum الأَوِيّ alias *mansionem* denotans. Sed quia in versu mox sequente anni secundi fugae fit mentio, praecedere debet vi oppositionis annus primus fugae istius. Pro أوي igitur legere malui أولي. Et vocabulum هِجْرَة significans generatim *discessum ex patria,* et *abitum a suis,* respicit speciatim fugam istam qua Mohammed reliquit Meccam, et Medinam petiit. Quam Arabes nunc pro Epocha in designandis annis suis elegerunt.

Vers. 14. *Filios AlNadir, Iudaeos*]. In textu arab. apud Pocockium deprehendimus بني النضير, sed rectius in *Georg. Elmacini* Historia saracen. Cap. I. p. 5. et in *AbulFedae* Tract. de Vita et rebus gestis Mohammedis Cap. XXXV. p. 71. vbi praelium hic commemoratum prolixius describitur, legitur بني النظير. Erantque *Nadiritae*, teste Gjannabio, قبيلة كبيرة من اليهود Tribus Iudaeorum potentissima, quorum castellum a Medina circiter 3. miliaria distabat in itinere Meccam versus.

Vers. 15. *Cum vero Moslemos congregasset mandatum ad effossionem valli circa moenia vrbis ducti; tunc permanserunt omnes*]. Adest hic locus paullo obscurior, cui per versionem Pocockii non consulitur: *cumque id terrori esset Mosleminis, effodi iussit vallum, quo factum est vt vltra* 20. *dies quieti manserint, nullo inter illos inito praelio.* Ista enim nec verbis textus arabici nec narrationi aliorum apud *Gagnier* in *AbulFeda* obuiae p. 73. bene responder. Elegi itaque pro بضعا aliam lectionem بُضعًا, cuius nominatiuus بُضعٌ constituit Pluralem nominis أَبْضَعُ *complexum, omnes, vniversos,* significantis a Rad. بضع *collegit.* Respicitur

citur vero ad copias hostiles magno numero ad Medinam conflatas, quae vallo ab Mosleminis secundum Mohammedis mandatum confecto illam inuadere non potuerunt, sed omnes permanserunt, substiterunt ac expectarunt, ante ciuitatem illam per aliquot dies. De constructione huius accusatiui aeque ac أَمَّنَ conf. Institutt. A. L. §. 92. II. Suffixum autem in vocabulo آمَرَهُم nominis praecedentis accusatiuum efficere posse, ex Hebraismo notum est. Caeterum de hoc bello coniuratarum Nationum, siue bello Fossae, inter alia agitur in Surata 33. Corani, cuius titulus exinde desumtus est سورة الاحزاب.

Vers. 18. *Exiit ipse ad oppugnationem*] Ad verbum: *exiit cum anima sua*, sicut supra vers. 11. Pro لِأَغْزَاةِ autem rectius legi potest إِلَي غَزَاةِ.

Vers. 21. *Profecto prophetia est*] Haec et praecedentia verba huius versus sua laborant difficultate, quae ex *Georg. Elmacino* p. 8. et *AbulFeda* p. 105. ita tolli poterit: Abbas, qui patruus Mohammedis erat, adduxerat ad illum ex Mecca AbuSofian ad proceres Meccae pertinentem, illique ingentem exercitum Mohamme-

hammedis ostenderat, commouit eundem, vt non metu gladii solum potestati eiusdem sese subiiceret, sed etiam pro legato Dei et Propheta Mohamedem agnosceret atque Ismalismum profiteretur. Vbi posteriorum vocabulorum vtrumque نَعَمْ et أَنْ siue أَنَّ affirmantis particulam constituit. AlFadl autem aeque ac Kotham apud AbulFedam p. 141. nominantur filii Abbasi. Ideoque Abbasus recte vocatur Abu-Fadl.

Vers. 22. *Non opus habuit apud illum pugna*] siue ad illum oppugnandam, non necessaria fuit pugna. Vbi lectio vocabuli in textu arabico apud Pocockium obuii يحتنج vel transmutari debet in يَحْتَاجُ ex Coniugat. VIII. vel يَحِيجُ siue potius يَحُوجُ a radice حَاجَ *opus* vel *necesse habuit.*

Vers. 24. *Spiritum currentem inter* etct.] De vocabulo تَسْعَى tanquam 3. pers. singul. Futuri Coniug. I. a verbo سَعَى *cucurrit, incessit, intendit, opus fecit,* notandum est, quod vel Futurum ponatur pro Participio, conf. Institutt. A. L. §. 75. III. vel pronomen relatiuum ante illud

illud sit accipiendum, hoc modo: *Spiritum* qui *currat inter cuticulam et viscera.*

Vers. 25. *Die secundo qui noctibus duabus nouilunium praecedentibus residuus est de mense Sephar*] Non verba, obscuritate quadam omnino laborantia, sed sensum magis respiciens, *Pocockius* vertit: Aegrotauit et diem obiit *die Lunae, qui vicesimus octauus fuit mensis Sephar.* Et sic etiam in Specim. Histor. Arab. p. 13. verterat: *qui vicesimus octauus fuit mensis Safar;* sed in Notis p 178. seipsum ita corrigit, *qui* 27 *fuit mensis Safar,* et hanc mutationis rationem in margine addit: *Ita potius reddendum puto, quam* 28; *cum mensis Safar* 29 *tantum habeat dies.* Est autem *Sephar* mensis secundus in anno Arabico, alter a *Muharram,* sicut infra videbimus in Class. II. Spec. III. et haec ratio dies mensium retrograde computandi, apud Historicos Arabum frequens, etiam obseruata fuit a *Guil. Beueregio* Institutionum Chronologicarum Lib. I. Cap. 17. vbi de anno Arabico agit, et p. 72. ait: *Dies mensium post decimum quintum saepe, semper post vigesimum, ordine retrogrado numerantur* a Mohammedanis *aeque ac ab* Atheniensibus. Caeterum notes velim, *AbulPharagium* hoc loco perperam, memoriae lapsu, asserere eodem die 27. mensis Sephar mortuum esse Mohammedem, cum fuerit tantum isto die initium morbi eius secundum plerosque historicos, nam secundum eosdem tan-

tum

tum non omnes, dies obitus eius fuit duodecimus in mense *Sepharum* sequente, qui dicitur *Rabîa prior*, Feria secunda. Et hac in re consentit *Georg. Elmacinus* in Histor. Saracen. vbi p. 9. in fin. legimus: لما عاد من حجة الوداع اقام بالمدينة الي ليلتين بقيتا من صفر فابتدا مرضه وامر ابا بكر ان يصلي بالناس فصلاتهم سبعة عشر صلاة وتوفي يوم الاثنين الثاني عشر من شهر ربيع الاول وكان عمره صلي الله عليه وسلم ثلاث وستين سنة وقيل خمس وستين سنة i. e. Cum a peregrinatione Meccana rediisset, et Medinae substitisset ad diem 28 mensis Safar aegrotare coepit: et praecepit Abubecro vt cum populo oraret: ac orarunt orationes septemdecim. Obiit autem die Lunae, qui duodecimus erat dies mensis Rabîa prioris: cum natus esset annos sexaginta tres, aut, secundum alios, sexaginta quinque.

Vers. 26. *Voluerunt Meccenses tanquam fugae comites, reduci eum ad Meccam.*] Ad verbum: Voluit populus Meccae e fugae comitibus reductionem eius ad illam. Vbi *populus Meccae* vertitur per Meccenses §. 67. Institutt. A. L. *E Mohagjeriis* i. e. fugae comitibus, in nomi-

nominatiuo transfertur per fugae comites §. 92. I. Et nomen *reductio eius* loco Infinitiui adhibitum est §. 79. II. Quae obseruationes ad verba sequentia textus arabici repetendae sunt.

Vers. 27. *Humarunt eum mansiuncula eodem loco quo mortuus erat*] Apud ABVLFEDAM p. 141. legimus: ودفن تحت فراشة الذي مات *et sepultus fuit sub lecto suo, in quo mortuus est.* Et POCOCKIVS in Notis specim. Hist. Arab. p. 180. de loco sepulturae haec habet: *Mansiuncula* seu *cubiculo suo, vel vt* Ahmed Ebn-Iosephi, في حجرة عايشة تحت فراشة الذي مات فيه in cubiculo *Ajeshae* sub lecto suo, in quo mortuus est. Hanc controuersiam innuit etiam Gjannabius, aitque litem istam *Abu-Becri* prudentia compositam fuisse: ثم حفروا في منزلة تحت فراشة لحديث ابي بكر لم يقبر نبي الا حيث يموت بعد أن اختلف في موضع قبرة *Deinde foderunt terram in hospitio eius sub lecto ipsius, iuxta dictum, quod* AbuBecr *a* Propheta *audiisse se testatus est:* Non sepeliendus Propheta nisi eodem quo mortuus est loco. *Atque id postquam mota esset controuersia de loco sepulturae eius.* Idem vir doctiss. POCOCKIVS nostrorum hominum

num de sepulchro Mohammedis ignorantiam ibidem perstringit his verbis: *Vnde igitur nobis* Mohammedes *cistae ferreae inclusus, et magnetum vi in aere pendulus? Haec cum* Mohammedistis *recitantur, risu exploduntur, vt nostrorum, in ipsorum rebus, inscitiae argumentum.*

Vers. 29. *Quam miserat admodum pulcram Makokus*] Huius Makoki, siue Mokawkasi, et doni ab illo ad Mohammedem missi mentionem facit Ahmed Ben Ioseph in Historia sua Generali Sect. LV. Cap. 11. vbi hanc responsionem viri istius ad litteras Mohammedis refert:

لمحمد بن عبد الله من المقوقس
عظيم القبط سلام اما بعد فقد قرات
كتابك وفهمت ما ذكرت وما تدعوا
اليه وقد علمت ان نبيا قد بقي
وكنت اظن انه يخرج بالشام وقد
اكرمت رسولك وبعثت اليك
بجاريتين لهما مكان في القبط
عظيم وبغلة شهبا وحمارا اشهب وثيلبة
من قباطي مصر وعسل من عسل
نبها وبمال ✿ i. e. *Mohammedi* filio Abdollah *Al-Makokus* Princeps Coptorum, Salutem. Profecto statim legi epistolam tuam: Quoad illud quod commemoras, meque ad ipsum amplecten-

plectendum vocas, id quidem mihi considerationе dignum videtur; iampridem enim noui prophetam adhuc venturum superesse; at vero putabam illum e Syria prodíturum. Interim Legatum tuum cum honore excepi. Mitto autem ad te duas puellas apud Coptos amplissimo loco natas: Item Mulam albam, et asinum album, et vestes e lino Aegyptiaco confectas, et mel exquisitissimum cum butyro.

Sectio. *Porro afferunt sapientes - - honorificam*] At verbum: Porro adducunt (siue afferri iubent) docti Islamitarum praesentiam commemorationis eius in libris Dei ad dignitatem s. honorem.

Ibid. *Venit Deus a Sina* etct.] Deuter. 33, 2

His verbis indicatur descensus] Ad verbum: Hoc est indicium de descensu legis etc.

Manifestabit Deus e Sione etc.] Haec verba desumta sunt e Psalm. 50, 2. vel secundum ordinem versionis arab. Psalm 49, 2. Sed in versione arabica hic adducta aeque ac in alia a Victorio Scialac Accurensi et Gabriele Sionita Edeniensi, Maronitis, Romae 1519. edita,

مِنْ صَهْيُونَ أَظْهَرَ تَسْبِحَةَ ٱلْمَجْد

ex Sion manifestauit Deus laudationem gloriae, textus Ebraeus deseritur.

Si ego non abeo etct.] Iohan. 16, 5.

Quod salutauerint eum lapides etc.] In vertendis his et sequentibus verbis secutus sum Pocockium; obseruandum tamen est, quod in ipso textu arabico recensio miraculorum per nomina continuetur, h. m. et salutatio lapidum apud illum, et scaturigo aquae ab interstitio digitorum eius etct. Vbi simul pro وحنين الخشب *gemitus trabis* siue ligni legi potest وَأَنِينَ.

Ouis assata, cuius armus ei dixerit etct.] Ratio, cur armo ouis assatae hoc speciatim tribuatur, desumi potest ex *Ebn-Ishak*, qui ait: وذلك بعد ما نضل النبي صلعم حصن القموص واطمان اهدت له زينب شاة مصلية مسمومة كلها لكن ضعفت السم في الذراع اكثر مما في باقي الاعضا لانها سالت اي عضو من الشاة احب الي محمد فقيل لها الذراع i. e. Id accidit, postquam ingressus erat Propheta in castellum *Al-Kamus*, ibique, dum cum omnimoda securitate versaretur, obtulit ei *Sainab* ouem assam, totam quidem veneno infectam, adeo tamen, vt plus veneni armo, quam caeteris membris, indiderit. Prius enim

enim rogauerat quodnam potiſſimum aſſae ouis membrum Mohammedi placeret? et reſponderunt ei: *Armus*. Ex quibus verbis ſimul patet, quod ad belli Chaibarenſis tempus, ideoque ad annum Hegirae ſeptimum pertineat miraculum commemoratum. Quorſum etiam tam a *Georg. Emalcino* p. 8. quam ab *Iſmaele AbulFeda* p. 9 :. illud fuit relatum.

SPECIMEN II.

De Ioſepho, Chriſti patre fabro lignario.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلْوَاحِدِ بِذَاتِهِ ٱلْمُثَلَّثِ
بِصِفَاتِهِ ۞ قِصَّةُ نِيَاحَةِ أَبِينَا ٱلْقِدِّيسِ
ٱلشَّيْخِ يُوسُفَ ٱلنَّجَّارِ بَرَكَاتُهُ وَصَلَوَاتُهُ
تَحْفَظُ جَمِيعَنَا يَا إِخْوَةُ آمِينَ ۞
وَكَانَتْ جُمْلَةُ حَيَاتِهِ مِائَةً وَإِحْدَى
عَشْرَةَ سَنَةً ۞ وَكَانَ ٱنْتِقَالُهُ مِنْ
هٰذَا ٱلْعَالَمِ فِي ٱلسَّادِسِ وَٱلْعِشْرِينَ
مِنْ

مِنْ شَهْرِ أَبِيبَ ٱلْمُوَافِقِ لِشَهْرِ
آبَ صَلَاتُهُ تَحْفَظُنَا آمِينَ ✿ وَإِنَّ
رَبَّنَا يَسُوعَ ٱلْمَسِيحَ هُوَ ٱلَّذِي
أَخْبَرَ بِهٰذَا لِتَلَامِيذِهِ ٱلْأَطْهَارِ عَلَى جَبَلِ
ٱلزَّيْتُونِ وَبِجَمِيعِ سَعْيِهِ وَإِكْمَالِ أَيَّامِهِ
وَٱلرُّسُلُ ٱلْقِدِّيسُونَ حَفِظُوا هٰذَا ٱلْكَلَامَ
وَكَتَبُوهُ وَتَرَكُوهُ فِي خِزَانَةِ ٱلْكُتُبِ
بِأُورَشْلِيمَ صَلَاتُهُمْ تَحْفَظُنَا آمِينَ ✿ ——

.1 كَانَ إِنْسَانٌ ٱسْمُهُ يُوسُفُ مِنْ أَهْلِ
بَيْتَ لَحْمَ مَدِينَةِ يَهُودَا وَمَدِينَةِ دَاوُدَ
ٱلْمَلِكِ ✱ .2 هٰذَا كَانَ قَدْ تَعَلَّمَ ٱلْحِكْمَةَ
وَٱلْعُلُومَ

وَٱلْعُلُومَ جَيِّدًا وَجُعِلَ كَاهِنًا فِي هَيْكَلِ
ٱلرَّبِّ * ٣. وَكَانَ يَعْرِفُ صَنْعَةَ ٱلنِّجَارَةِ
وَتَزَوَّجَ ٱمْرَأَةً كَمِثْلِ ٱلنَّاسِ جَمِيعِهِمْ *
٤. وَأَوْلَدَ لَهُ ٱلْبَنِينَ وَٱلْبَنَاتِ أَرْبَعَةَ
غِلْمَانٍ وَٱبْنَتَيْنِ * ٥. وَهٰذِهِ أَسْمَآؤُهُمْ
يَهُودَا وَيُسْطُسْ وَيَعْقُوبْ وَسِمْعُونْ ۞
٦. وَأَسْمَآءُ ٱلاِبْنَتَيْنِ أَسِيَاءُ وَلِيدِيَا ۞
٧. وَمَاتَتْ زَوْجَةُ يُوسُفَ ٱلصِّدِّيقِ بِمَجْدِ
ٱللّٰهِ فِي جَمِيعِ أَعْمَالِهِ ۞ ٨. وَكَانَ
يُوسُفُ ٱلرَّجُلُ ٱلصِّدِّيقُ أَبِي بِٱلْجَسَدِ
خَطِيبُ مَرْيَمَ أُمِّي يَمْضِي هُوَ
وَأَوْلَادُهُ إِلَى صَنْعَتِهِ يَعْمَلُ فِي
ٱلنِّجَارَةِ

ٱلنِّجَارَةِ * 9. وَلَمَّا تَزَمَّلَ يُوسُفُ ٱلصِّدِّيقُ
فَكَانَتْ مَرْيَمُ أُمِّي ٱلْمُبَارَكَةُ ٱلطَّاهِرَةُ
الزَّكِيَّةُ قَدْ كَمُلَ لَهَا ٱثْنَتَا عَشْرَةَ
سَنَةً ۞ 10. لِأَنَّ أَبَّهَاتِهَا قَدَّمُوهَا إِلَي
ٱلْهَيْكَلِ وَهْيَ ٱبْنَةُ ثَلَاثِ سِنِينَ
وَأَقَامَتْ فِي هَيْكَلِ ٱلرَّبِّ تِسْعَ سِنِينَ *
11. حِينَئِذٍ لَمَّا رَأَي ٱلْكَهَنَةُ ٱلْعَذْرَاءَ
ٱلْقِدِّيسَةَ ٱلْخَائِفَةَ مِنَ ٱلرَّبِّ قَدْ
نَشَأَتْ خَاطَبُوا بَعْضُهُمْ بَعْضًا قَائِلِينَ ۞
12. سَلْ عَنْ رَجُلٍ صِدِّيقٍ يَخَافُ مِنَ ٱللّٰهِ
تُودَعُ عِنْدَهُ مَرْيَمُ إِلَي زَمَانِ ٱلْعُرْسِ *
13. لِئَلَّا تَبْقَي فِي ٱلْهَيْكَلِ فَيَجِيئُهَا مَا
يَجِي

تَجِيُّ ٱلنِّسَآءِ فَنُخْطِيُّ وَيَغْضَبُ ٱللَّهُ
عَلَيْنَا * .14 وَفِي تِلْكَ ٱلسَّاعَةِ أَرْسَلُوا
وَدَعُوا ٱلاثْنَي عَشَرَ شَيْخًا مِنْ قَبِيلَةِ
يَهُودَا * .15 وَكَتَبُوا ٱسْمَ ٱلاثْنَتَي
عَشْرَةَ قَبِيلَةَ إِسْرَائِيلَ * .16 فَوَقَعَتِ
ٱلْقُرْعَةُ عَلَي ٱلشَّيْخِ ٱلْبَارِّ يُوسُفَ
ٱلصِّدِّيقِ * .17 حِينَئِذٍ أَجَابُوا ٱلْكَهَنَةُ
وَقَالُوا لِأُمِّي ٱلْمُبَارَكَةِ * .18 ٱمْضِي مَعَ
يُوسُفَ وَكُونِي عِنْدَهُ إِلَي زَمَانِ ٱلْعُرْسِ *
.19 فَأَخَذَ يُوسُفُ ٱلصِّدِّيقُ أُمِّي وَجَآءَ
بِهَا إِلَي مَنْزِلِهِ * .20 فَوَجَدَتْ يَعْقُوبَ
صَغِيرًا فِي بَيْتِ أَبِيهِ وَهُوَ ذَلِيلٌ
مَحْزُونٌ

مَحْزُونٌ مِنْ أَجْلِ ٱلْيُتْمِ قَرِبَتْهُ *

.21 مِنْ أَجْلِ هٰذَا دُعِيَتْ مَرْيَمُ أُمَّ يَعْقُوبَ *

.22 فَتَرَكَهَا يُوسُفُ فِي بَيْتِهِ وَمَضَا إِلَى مَوْضِعٍ يَعْمَلُ فِيهِ ٱلصَّنْعَةَ ٱلَّتِي هِيَ ٱلنِّجَارَةُ * .23 وَلَمَّا كَمُلَ لِلْعَذْرَآءِ ٱلطَّاهِرَةِ فِي بَيْتِهِ سَنَتَانِ وَصَارَ عُمْرُهَا يَوْمَئِذٍ أَرْبَعَ عَشْرَةَ سَنَةً مُنْذُ جَآءَ بِهَا *

.24 أَحْبَبْتُ أَنَا بِإِرَادَتِي وَمَسَرَّةِ أَبِي وَمَشُورَةِ ٱلرُّوحِ ٱلْقُدُسِ * .24 فَتَجَسَّدْتُ مِنْهَا بِسِرٍّ يَعْلُو مَعْرِفَةَ ٱلْمَخْلُوقِينَ *

.26 فَلَمَّا كَمُلَ لِحَبَلِهَا ثَلٰثَةُ شُهُورٍ فَجَآءَ ٱلرَّجُلُ ٱلصِّدِّيقُ مِنَ ٱلْمَوْضِعِ ٱلَّذِي كَانَ

كان فيه صنعته * 27. فوجد العذراء
أمي في الحبل واضطرب وهم
بتجليتها سرا * 28. ومن جوفه وحزنه
وضيق صدره لم ياكل ولم يشرب
في ذلك اليوم *

In nomine Dei , vnius in effentia fua, et trini in perfonis fuis. Hiftoria de planctu ob patrem noftrum fanctum, fenem Iofephum fabrum lignarium inftituto. Benedictiones eius et preces eius feruent nos omnes, o fratres! Amen.

Fuit nimirum tota vita illius centum et vndecim annorum, deinde facta eft migratio eius ex hoc mundo vicefimo fexto *die* in menfe Abib, qui refpondet menfi Abh. Oratio eius feruet nos! Amen. Et quidem Dominus nofter Iefus Chriftus ipfe *fuit*, qui indicauit hoc difcipulis fuis fanctis in monte Olìueti, et omne ftudium eius, et con-

ſummationem dierum eius (Ioſephi). Apoſtoli autem ſancti conſeruarunt hunc ſermonem, et literis mandarunt eum, eumque reliquerunt in Bibliotheca Hieroſolymis. Oratio eorum ſeruet nos! Amen. — —

1. Fuit vir, cuius nomen *erat* Ioſephus, e
gente Bethlehemitica, de vrbe Iuda et
2. ciuitate Dauidis Regis. Huic accidit,
quum didiciſſet ſapientiam et ſcientias
egregie, vt conſtitueretur ſacerdos in
3. templo domini. Itemque callebat artem
opificii fabri lignarii, duxitque vxorem
ſecundum conſuetudinem hominum
4. omnium. Genuit quoque filios atque
filias, quatuor *nimirum* filios, et duas filias.
5. Et haec ſunt nomina eorum: Iudas, Iu-
6. ſtus, Iacobus et Simon. Sed nomina
duarum filiarum *ſunt* Aſia et Lydia.
7. Tandem mortua eſt vxor Ioſephi iuſti,
gloriae diuinae intenta in omnibus ope-
8. ribus ſuis. Et abibat Ioſephus vir iſte
iuſtus, pater meus ſecundum carnem,
ſponſus Mariae matris meae, ipſe cum
filiis ſuis ad artificium ſuum, ad tractan-
9. dum opificium fabri lignarii. Cumque
viduus factus fuiſſet Ioſephus iuſtus, tunc
Maria mater mea benedicta, ſancta et il-
libata, iam impleuerat duodecim annos.
10. Nam parentes ipſius obtulerunt eam in
templo, quum eſſet nata tres annos,
man-

manſitque illa in templo domini nouem
11. annos. Tunc, quum viderent ſacer-
dotes virginem ſanctam et timentem Do-
minum, quod adoleſceret, allocuti ſunt
12. ſe inuicem, dicentes: Requiramus vi-
rum iuſtum, *qui* timet Deum, cui com-
mittatur Maria vsque ad tempus nuptia-
13. rum; Ne forte dum manſerit in tem-
plo accidat ipſi, quod accidere ſolet ma-
lieribus, ſicque peccemus, et ſuccen-
14. ſeat Deus nobis. Itaque eodem tem-
pore ablegarunt quosdam, et conuoca-
15. runt duodecim ſenes de tribu Iuda. Et
ſcripſerunt nomina duodecim tribuum
16. Iſraelis. Ceciditque ſors ſuper ſenem
17. pium, Ioſephum iuſtum. Tunc annue-
runt ſacerdotes, et dixerunt ad matrem
18. meam benedictam: Permane cum Ioſe-
pho, et eſto apud illum vsque ad tem-
19. pus nuptiarum. Accepit ergo Ioſe-
phus iuſtus matrem meam, eamque ab-
20. duxit in domicilium ſuum. Et inuenit
Maria Iacobum minorem in domo pa-
tris ſui, ita vt eſſet fractus animo atque
contriſtatus propter orbitatem matris,
21. eumque educauit. Propterea vocata eſt
22. Maria mater Iacobi. Et reliquit illam
Ioſephus in domo ſua, ac abiit ad locum
in quo exercebat opus artis ſuum, quod
23. erat opificium fabri lignarii. Poſtquam
vero abſolutum erat virgini ſanctae in
domo

domo eius biennium, inclinauit se aetas
eius tunc ad decimum quartum annum,
cum eo tempore quo adduxerat eam Io-
24.sephus. Dilexi ego *autem illam* ex pro-
pensione mea et beneplacito patris mei,
25.ac consilio spiritus sancti. Et incarna-
tus fui de illa per arcanum, *quod* superat
26.notitiam creaturarum. Quum vero
elapsi essent a conceptione eius tres men-
ses, tunc rediit vir iustus a loco illo in
27.quo fuerat artificium eius. Quumque
deprehenderet virginem matrem meam
grauidam, mente conturbatus est, atque
28.cogitauit dimittere eam clanculum. Et
propter metum suum, tristitiam et pecto-
ris sui angustiam non edit, nec bibit
illo die.

ADNOTATIONES

Desumta est haec particula arabica ex libro Apocrypho noui testamenti, quem e codice MSS. regiae bibliothecae Paris. cum orbe literato communicauit GEORG. WALLIN Suecus. Nec ob styli praestantiam, nec ob materiae dignitatem aut veritatem elegimus illam; sed vt specimen adsit, ex quo de librorum apocryhorum in nouo Testam. lingua arabica obuiorum indole iudicari possit. Ex sententia WALLINI stylus huius libri idem plane est ac in *Euangelio infantiae*, quam acutissimus vir LA CROZE non improbans addit: forsitan

itan liber iste est foetus Christiani alicuius Nestoriani orientalis. Sed secundum alios idem potius lingua Hebraea contextus, et ex illa in arabicam translatus est, eiusque aetas ad prima N. Testamenti tempora referri potest. Plura cognosci possunt ex WALLINI praefatione toti libello praemissa, qui titulum gerit:

قِصَّةُ يُوسُفَ ٱلنَّجَّارِ

Siue historia Iosephi fabri lignarii. Liber apocryphus ex codice manuscripto regiae bibliothecae Parisiensis nunc primum Arabice editus, nec non versione latina et notis illustratus a GEORGIO WALLIN *Sveco.* Lipsiae, Literis Andreae Zeidleri. MDCCXXII. 110. pag. praeter praefat. in 4. Propter tirones in versione latina WALLINI quaedam interdum mutaui, nuncque in eorundem gratiam ad textum facilitandum breuia adiiciam scholia.

Historia de planctu ob patrem nostrum — instituto] Wallinus vertit: Historia mortis patris nostri etct. sed نِيَاحَة *planctus, lamentum, luctus,* a rad. نَاحَ *planxit, lamentatus est,* nullibi significat mortem. Et licet significatus hicce ex metonymia defendi posiit; eodem tamen hic plane opus non est, quia argumentum libri ipsum testatur, luctum publicum ob mor-

mortem Ioſephi inſtitutum praecipue ac prolixe deſcribi. Quod vero Genitiuus duplex intelligi queat obiectiue, cuilibet ex Hebraiſmo, omnium linguarum orientalium fonte, notum eſt.

Patris noſtri] Lectionem in MSS. ابونا nemo vnquam adprobabit, niſi qui flexionem vocabuli أَبٌ accedente ſuffixo ignorat, quam celeberrimum Goettingenſium philologum in Compendio Grammaticae arab. non tetigiſſe mirantur multi. conf. noſtrae Inſtitut. A. L. §. 34. obſ. 1.

Tota ipſius vita] Ad liter. *ſumma* ſiue complexus *vitae eius*. Pro quo recte vertitur *tota vita ipſius*, prout ex Hebraiſmo iterum cuilibet patet.

Menſis Abib] Hic menſis ابيب antiquis Alexandrinis, hodie ἐπιφί dicitur Chriſtianis Aegyptiis, qui vocari ſolent Coptae; et reſpondet, ſicut menſis SyroChaldaeorum *Ab*, noſtro *Iulio* et *Auguſto*. Ab illis vero bene diſtinguendus eſt Hebraeorum menſis אביב a ſpicis ita dictus Exod. 13, 4. qui reſpondebat *Martio*, et poſt captiuitatem Babyl. nuncupatus eſt *Niſan* Nehem. 2, 1.

Diſcipulis ſuis ſanctis] Wallin vertit: diſcipulis ſuis *puris*. Sed quia verbum طَهَّرَ vel

vel طَهُرَ, vnde ortum est nomen طَاهِرٌ eiusque pluralis أَطْهَارٌ, aeque significat *purus fuit*, ac *sanctus fuit*; significatio posterior praeferenda est, quando de discipulis et Apostolis Christi sermo est.

Vers. 3. *Itemque callebat*] Ad liter. *Et fuit cognoscet;* sed apud Arabes verbum substantiuum Futuro praepositum, efficere solet ex illo imperfectum. conf. Institutt. A.L. §. 78. II.

Vers. 8. *Et abibat*] Eadem constructio, cuius in annotatione praecedente facta est mentio, obseruanda iterum est in vocabulis وكان *et fuit* et يمضي *abibit*, procul a se inuicem dissitis. Et duo ista vocabula simul sumta efficiunt imperfectum *abibat*.

ibid. *ad tractandum*] In textu arabico adest Futurum يعمل *laborabit, tractabit*. Sed apud Arabes in coniunctione vel constructione duorum verborum posterius, quod apud Hebraeos in Infinitiuo Gerundium inuoluente ponitur, efferri etiam solet in Futuro. conf. Institutt. A.L. §. 79. I.

Vers. 9. *Maria iam impleuerat.*]. Ad liter. Et fuit Maria iam impleuit. Sed verbum substantiuum Praeterito praemissum conuertit illud

lud in Plusquamperfectum. conf. Institut. A. L. §. 78. I.

Vers. 12. *Requiramus virum iustum, qui timet Deum*] In textu arabico totum hoc comma est locus paulo obscurior. Quae obscuritas hoc forsitan modo optime tollitur. Pro vocabulo primo سَـــلْ legendum est تَسَلْ. Istud nimirum سَلْ *quaere, postula, interroga,* est Imperatiuus Coniug. I. pro إِسْأَلْ a radice سَأَلَ *quaesiuit, postulauit*, quae hoc loco imitatur formationem verbi quiescentis Ajin. conf. Institutt. A. L. §. 49. II. obs. Sed quia nullus inde prouenit sensus commodus, pro سَلْ legere velim نَسَلْ tanquam primam personam pluralis numeri Futuri apocopati in Coniug. I. De vocabulo quinto autem يَخَافُ *timebit* a rad. ضاف dici potest, quod vel pronomen relatiuum ante Futurum ellyptice sit assumendum, prout in Hebraismo et omnibus linguis orientalibus est vsitatissimum, vel Futurum pro Participio sit positum. conf. Institutt. A. L. §. 75. III.

Vers.

Vers. 14 *eodem tempore*] Ad liter. *et in iſta hora*, quae loquendi ratio reſpondet vocabulo ſcriptorum talmudicorum הָשְׁתָּא, ac Syrorum ܗܳܫܳܐ, et recte redditur aduerbialiter *ſtatim*.

Vers. 18 *Eſto apud illum vsque ad tempus nuptiarum*] Recedit in eo a noſtro *Euangelium de Nativ. Mariae* Cap. VIII. ad finem, quod Mariam apud Ioſephum non depoſitam, ſed ad parentes reuerſam dicat. Sic etiam BARONIVS in Apparatu At GREGORIVS *Niſſ* Orat. de nat. Mar. et EPIPHANIVS haereſ. 78. ſcribunt, datum fuiſſe Ioſephum Virgini ſponſum, non ad opus coniugii, ſed potiſſimum ob virginitatis cuſtodiam.

Vers. 23. *inclinauit ſe aetas eius tunc ad decimum quartum annum*] Propter tirones hoc loco arabicis ſtricte inhaeſi verbis; quae recte quoad ſenſum cum Wallino verti poſſunt: facta eſt praeciſe aetas quatuordecim annorum. Et duo momenta hic adnotare lubet. 1) quod poſt verbum صار, hoc loco nude cum nomine in accuſatiuo conſtructum, ſicut in Hebraiſmo praepoſitio latine ſit ſupplenda. 2) quod vocabulum يَوْمَئِذٍ *die illo* ſit compoſitum ex يَوْم et إِذْ, ideoque aduerbialiter *tunc* ſiue *praeciſe* haud male vertatur.

Ibid. *cum eo tempore quo adduxerat eam*] A WALLINO haec verba reddita ſunt: incluſo ſimul tempore quo eam recepit. Et addita eſt adnotatio: „Locus paullo obſcurior. Forte etiam verba illa منذ جاء بها ad ſequentem paragraphum referri poſſunt, vt ſenſus ſit: *Ex eo tempore, quo recepit eam Ioſeph, dilexi* etct.„

Vers. 25. *Per arcanum quod ſuperat notitiam creaturarum.*] vel ſecundum Wallinum: myſterio creaturarum rationis captum ſuperante. Vbi obſeruandum eſt, quod Futurum يعلى *ſuperabit* vel per Participium vertendum ſit, vel pronomen relatiuum ante Futurum ſuppleri debeat. Vide adnotat. praecedent. ad vers. 12. allatam in fine. His autem verbis agnoſcit auctor illud ὁμολογουμένως μέγα μυστήριον 1 Timoth. 3, 16. et ſuum de illo ſuſpendens iudicium melius agit, quam notiſſimus ille Corani Interpres Mohammedanus GELALODDINVS, qui ad verba vltima ſuratae LXVI. haec habet: نفخ في جيب درعها بخلق الله تعالى فعله الواصل الي فرجها فحملت

* بعيسي *Inſufflauit* (Gabriel) *in aperturam induſii eius* Mariae *ad collum,* creante *interim Deo elato opus ſuum, quod peruenit ad matricem eius, ex quo concepit Ieſum.*

SPE-

SPECIMEN III.

Ioannis Abdon Patriarchae Antiocheni vita ex Michaele Epiſcopo Taneos.

ثم هاج علي كنيسة السوريان الموافقين
لنا في الامانة المستقيمة في المشرق بلا
عظيم حتي ان بطركهم نفي من كرسيه
ومات في النفي وذلك انه كان علي كرسي
انطاكية السريان اليعاقبة اخوتنا ابا
قديس يسما يوحنا ابن عبدون حتي
انه ضاها الاابا القديسون الاولين
وعمل ما سنذكره * وذلك ان اباىة
البطاركة السريان لم يكونوا يتمكنوا من
السكن في مدينة انطاكية منذ زمان
الاب ساويرس خوفا من الروم ولا يدنوا
بالجملة من اعمالها * وكان هذا القديس
ساكن في دير قريب ملطية * وكان
بداية امره انه كان سايح في الجبل
الاسود وكان حسن السمعة عند كل احد

 كما

كما هو مكتوب في الانجيل المقدس
ليس تخفي مدينة وهي مبنية علي
جبل * وكان بجواره راهب يتعبد
ايضا هناك اسمه يوحنا * فلما تنيح
اثاناسيوس بطرك انطاكية في زمان
انبا فيلاثاوس بطرك الاسكندرية
وكانت افعاله مثل افعال سميه اثاناسيوس
الكبير بالحقيقة وقال عند نياحته ان
هذا القديس يوحنا ابن عبدون
يجلس بعده علي كرسي انطاكية * فلما
تنيح طافوا عليه * ومن قبل وصولهم
بيوم عرّف صديقه الراهب الذي كان
بجواره ما اظهره له الروح القدس
وقال له في غد يجونا قوم ياخذوا
واحد منا يجعلوه بطرك الكرسي
الانطاكي فترا ان نقوم نمضي من
هاهنا لئلا يجدونا * قال له الراهب
يوحنا * لماذا نهرب انكان الرب قد

عدد

دعا باحدنا لهذا الامر فالي اين
نهرب من بين يديه* قال له ذلك الاب
القديس* اما انا فما اطيق هذا الامر
ولا اصلح له* فان كنت انت تقدر
عليه فابقا مكانك وامضي انا اختفي
الي ان يجوز عنا هذا الغضب الذي قد
جانا ليخرج احدنا من هذا الانفراد
الطوباني الذي انا اوثره* ومضي هاربا
من هناك وبقي يوحنا الراهب موضعه*
فلما كان بالغداه وصل الي الدير
من يطلب يوحنا القديس* فطافوا
عليه في الجبل فما وجدوه* فلما انتهوا
الي الموضع الذي ذلك الراهب فيه
مقيم وجدوه لانه كان مشتهي لذلك*
فاخذوه وفيما هم نازلين من الجبل
ماضيين به الي حيث الجماعة راوا في
طريقهم شجرة فمالوا اليها يستظلوا تحتها
فضرب عود من الشجرة عين يوحنا
الراهب فقلعها فصار اعور من ساعته*
فتعجبوا واستعلموا منه قضية حاله*

فاعترف لهم بما جري بينه وبين
القديس يوحنا ابن عبدون وانه اشتهي
هذا الامر وذلك زهد فيه * فلما عرفوا
صفة الحال تركوه ومضوا الي الجماعة
واعلموهم بذلك * فقوي عزمهم علي
طلب ذلك القديس اين ما كان *
فلم يزلوا يطوفوا ويبحثوا عنه الي
ان وجدوه بمشية الله بعد ان تعبوا *
فامتنع من المضي معهم * فاخذوه
غصبا واوسموه بطركا واجلسوه علي
الكرسي *

فلم يتغيّر في مدة بطركيته عن تواضعه
وعبادته * وكانت الاموال تحمل اليه
برسم الصدقات ولا يبغي منها الا
قوت يومه ويدفع الباقي
للماسورين والفقرا الخ *

وكانت ملطية قريبة من الدير الذي
سكن فيه هذا الاب القديس ولبس
كان

كان في كوسبه اعظم منها ولا اكبر
نصاري وكان فيها ستة وخمسين كنيسة
عامرة بالكهنة والشعب الكبير السريان
الارثذكسيين وكان عددهم ستين الف
نصراني يحملوا السلاح اذا ارادوا
واحتاجوا الي ذلك سوا النسا
والصبيان *

ولما وصلت انا البابس ميخايل وانا
غبريال اسقف صا الي هذا البطرك
القديس بالرسالة السنوديقا من جهة
انبا اخريسطودولوس عند جلوسه
علي كرسي الاسكندرية واعمالها واينا
منه قدس عظيم * ولما انفصلنا عنه
اكومنا وانفذ ابن اخيه معنا لننظر
المدينة والخلق الذي فيها * فقال لنا
ليس عندي مثلها * وراينا فيها نفرا
من الملكيين الخلقدونيين ولهم مطران
فيها * وكان اليعاقبة الارثذكسيين
الذين

الذين هم في المدينة من كثرة محبتهم
لهذا القديس البطرك يمضوا اليه في
كل وقت الي الدير ويسلوه الحضور
عندهم في الاعياد الكبار وفي ايام
الاحاد ليتباركوا منه ويتغربوا من يده *
وكان اذا اتاهم يلقوه بالاناجيل والصلبان
والمجامر والقراة يبين يديه من باب
المدينة الي الكنيسة بفرح عظيم
ومحبة يفعلوا ذلك كل دفعة ياتي
اليهم ويذكروا فضايله لكل احد
ويتحدثوا بالايات التي فعلها الله
سبحانه علي يده *

Grauis poſtmodùm calamitas Syrorum nobis orthoxa fide coniunctorum Eccleſiae incubuit, adeò vt ipſorum Patriarcha Sede ſua pulſus in exilio obierit Res in hunc modum ſe habuit. Praeerat Antiochenae Eccleſiae Syrorum Iacobitarum fratrum noſtrorum ſanctus Pater Ioannes filius Abdon, primis ſanctis comparandus, et geſtis infra dicendis inſignis. Quoniam verò patres noſtri Patriarchae Syrorum fixum

fixum in vrbe Antiochia domicilium ab aeuo patris Seueri minimè habuere, veriti Romaeorum infestationem; sanctus Ioannes Abdon in monasterio propè Malatiam (*Melitenen*) habitabat. Antequam verò ad Patriarchatum proueheretur, anachoreticam et solitariam vitam in monte Nigro agebat communi cum fama insignis probitatis, sicut in sacro Euangelio scriptum est, non potest abscondi ciuitas suprà montem posita. In eadem solitudine vicinum illi secessum quaesierat Ioannes alter monachus. Intereà moritur Athanasius Antiochenus Patriarcha Philotheo Alexandrino suppar, et Magni Athanasii homonymi sui operum verus imitator, praedixitque morti proximus, hunc Ioannem filium Abdon sibi in ea Sede successurum. Eo itaque extincto, ab electoribus ad eam dignitatem Ioannes quaerebatur. Porrò ante ipsorum aduentum, monacho, quem in eadem viciniа habitasse diximus, Ioannes significauit quae sibi Spiritus Sanctus patefecerat. Cras, inquit, aderunt, qui alterum nostrum ex hac solitudine educere, atque Antiocheno throno praeficere moliuntur. Age ergo hinc abeamus, ne ab iis inueniamur. Cui monachus: et quorsum tandem istud? ait. Si enim quempiam nostrum ad hanc dignitatem vocauit Deus,

quonam gentium ex eius manibus elabamur. Tùm ſanctus Pater: ego verò hoc non feram, nec huic oneri me parem reor. Tu ſiquidem illud ſuſtinere te poſſe putas, hic maneto. Ego latebras quaeram, quoad calamitas iſta nos praetereat: calamitatem enim dicò ſiquid ex iſto beato ſeceſſu, quem mihi perpetuum fore decreui, alterutrum noſtrum abducat. Haec fatus, inde fuga ſeſe proripuit: Ioannes verò monachus ibidem manſit. Poſtera die ad monaſterium venere qui ſanctum Ioannem quaerebant, montiſque iuga circumluſtrantes, minimè reperere. Quumque ad locum, vbi monachus ille commorabatur, perueniſſent, eundem inuenere; hoc enim ille cupiebat. Eum itaque abduxere. Quumque è monte deſcenderent, monachum ad Synodum deducentes, arborem in via conſpexere. Quamobrem interrupto tantiſper itinere, ſub eius vmbra conſederunt. Caſu accidit, vt monachus oculum in prominentem ramum temerè impingens, repentè exocularetur. Quod quum ſocii mirarentur, cauſam ſiquam eius infortunii occultam haberet, ſciſcitabantur. Quibus ille quaecumque ſibi cum Ioanne Abdon interceſſerant, candide aperuit, ſeque eam dignitatem, quam ille contempſerat, ambiiſſe confeſſus eſt. Quamobrem monacho relicto, ad Synodum reuerſi, quae ab eodem reſciuerant,

rant, retulerunt. Ea res omnium ſtudia mirum in modum inflammauit, vt ad ſanctum virum perquirendum homines quaquauerſum expedirent, à quibus poſt diligentiſſimam perquiſitionem et laborem aſpirante Deo inuentus eſt, et inuitus Patriarcha inauguratus eſt, et in throno collocatus.

In ea porrò dignitate conſtitutus, de ſtudio pietatis et humilitatis nihil detraxit. Quumque ad eum eleemoſynae nomine ingentes opes vltrò deferrentur, quotidiano victu contentus, reliqua egentibus atque in publica cuſtodia detentis erogabat etc.

Non longè aberat à coenobio, in quo iſte ſanctus pater verſabatur, Malatia vrbs, qua nulla in tota eius Dioeceſi maior, aut Chriſtianis frequentior, quum in ea ſex et quinquaginta Eccleſiae cernerentur, et ingens Sacerdotum et laicorum Syrorum orthodoxorum numerus, qui ad ſexaginta millia excedere dicebatur, omnes ad tractanda arma idonei, ſiquidem id neceſſitas, aut voluntas ſuaſiſſet, excluſis ab hoc cenſu feminis et pueris.

Accidit intereà vt ego pauper Michael, et ego Gabriel Epiſcopus Saae ad hunc ſanctum Patriarcham Synodicam à patrè Chriſtodulo ad thronum Alexandriae et

et prouinciarum eius nuper prouecto, perferremus. Tùm verò magnam viri sanctitatem perspeximus: nam in discessu nos et magno honore est prosequutus, et à suo ex fratre nepote Malatiam vsque deduci iussit, vt incolarum eius frequentiam spectaremus, subdens, nullam illi parem se vrbem habere. Vidimus autem in ea plures Melchitas, qui Synodum Chalcedonensem sequuntur, et in eadem vrbe Metropolitam habent. Ea porrò erat Malatiensium Iacobitarum orthodoxorum erga sanctum Patriarcham benevolentia et caritas, vt continuo ad eum in coenobium ventitarent, eumque ad se accedere flagitarent in maioribus anni solemnitatibus atque diebus Dominicis, benedictionem et communionem ab eo accipere ambientes: venientique cum euangeliis, crucibus, et thuribulis occurrebant, ipsoque audiente hymni canebantur à porta vrbis vsque ad Ecclesiam magna cum laetitiae amorisque significatione. Hac cum pompa, quoties ad eos accedebat, illum excipiebant, eius virtutes palàm celebrantes, et signa, quae Deus omni laude dignissimus per eum patrauerat.

ADNOTATIO.

Desumtum est specimen hoc tertium historicum ex IOSEPHI SIMONII ASSEMANI *Bibliotheca orientali* Tom. II, p.146. sqq. Versionem

sionem latinam textui arabico ibi e regione positam reperii immutatam. Notas quasdam rem ipsam in *Michaelis* Episcopi narratione obuiam attingentes adiecit *Assemanus*, et hoc vnum obseruo, *Ioannem* illum cognomento *Abdon*, Antiochenum Iacobitarum Patriarcham, seculo vndecimo vixisse, et ab anno 1012. vsque ad annum 1013. ecclesiae suae praefuisse. Alias adnotationes philologicas textum arabicum eiusque illustrationem spectantes diligentiae doctoris specimen hoc auditoribus suis illustrare volentis relinquo.



CLASSIS II. DOGMATICA

SPECIMEN I.

De libris diuinis, et Dei legatis, ex Mohammedanorum sententia.

وَأَمَّا ٱلْإِيمَانُ بِٱلْكُتُبِ وَهُوَ ٱلتَّصْدِيقُ
بِٱلْقَلْبِ وَٱلْإِقْرَارُ بِٱللِّسَانِ بِأَنَّ لِلّٰهِ
تَعَالَي كُتُبًا عَزِيزَةً أَنْزَلَهَا عَلَي أَنْبِيَايِهِ
وَهِيَ

وَهِيَ مَنْزِلَةٌ غَيْرَ مَخْلُوقَةٍ قَدِيمَةٌ غَيْرَ
مُحْدَثَةٍ * 2. وَفِيهَا أَمْرُهُ وَنَهْيُهُ وَحِكْمُهُ
وَوَعْدُهُ وَوَعِيدُهُ وَتِبْيَانُ ٱلْحَلَالِ وَٱلْحَرَامِ
وَٱلطَّاعَةِ وَٱلْمَعْصِيَةِ وَأَخْبَارُ ٱلْجَزَآءِ وَٱلثَّوَابِ
وَٱلْكُتُبِ * 3. كُلُّهَا كَلَامُ ٱللَّهِ تَعَالَي
مَقْرُوٌّ بِٱلْأَلْسِنَةِ مَكْتُوبٌ فِي ٱلْمَصَاحِفِ
مَحْفُوظٌ فِي ٱلْقُلُوبِ * 4. وَهُوَ مُغَايِرٌ لِهَذِهِ
ٱلْحُرُوفِ وَٱلْأَلْفَاظِ وَيُسَمَّي هَذِهِ ٱلْحُرُوفَ
وَٱلْأَلْفَاظَ كَلَامُ ٱللَّهِ عَلَي سَبِيلِ
ٱلْمَجَازِ لِكَوْنِهَا دَالَّةٌ عَلَي كَلَامِهِ
ٱلْحَقِيقِيِّ كَمَا يُسَمَّي كَلَامَنَا لِكَوْنِهِ
دَالَّةٌ عَلَي كَلَامِنَا ٱلْحَقِيقِيِّ كَقَوْلِ
ٱلشَّاعِرِ

ٱلشَّاعِرِ إِنَّ ٱلْكَلَامَ لَفِي ٱلْفُؤَادِ وَإِنَّمَا
جُعِلَ ٱللِّسَانُ عَلَي ٱلْفُؤَادِ دَلِيلًا وَٱللّٰهُ
أَعْلَمُ* .٥ وَهِيَ مِائَةٌ وَأَرْبَعَةُ كُتُبٍ
فَأَنْزَلَ ٱللّٰهُ تَعَالِي مِنْهَا عَشَرَةَ كُتُبًا
عَلَي آدَمَ وَخَمْسِينَ كِتَابًا عَلَي شِيثَ
وَثَلَاثِينَ كِتَابًا عَلَي إِدْرِيسَ وَعَشَرَةَ
كُتُبًا عَلَي إِبْرٰهِيمَ وَكِتَابًا وَاحِدًا عَلَي
مُوسَي وَهُوَ ٱلتَّوْرَاةُ وَوَاحِدًا عَلَي عِيسَي
وَهُوَ ٱلْإِنْجِيلُ وَوَاحِدًا عَلَي دَاوُدَ وَهُوَ
ٱلزَّبُورُ وَوَاحِدًا عَلَي مُحَمَّدٍ وَهُوَ
ٱلْفُرْقَانُ* .٦ فَمَنْ أَنْكَرَهَا أَوْ شَكَّ فِيهَا
أَوْ فِي بَعْضٍ مِنْهَا أَوْ فِي سُورَةٍ أَوْ
آيَةٍ

آيَةٍ أَوْ كَلِمَةٍ مِنْهَا إِجْمَاعًا فَقَدْ كُفْرًا
أَعَاذَنَا ٱللَّهُ مِنَ ٱلْكُفْرِ * 7. وَأَمَّا ٱلْإِيمَانُ
بِٱلرُّسُلِ وَهُوَ ٱلتَّصْدِيقُ بِٱلْقَلْبِ وَإِقْرَارٌ
بِٱللِّسَانِ بِأَنَّ لِلَّهِ تَعَالَى أَنْبِيَاءَ رُسُلًا مِنَ
ٱلْإِنْسِ إِلَى ٱلْإِنْسِ صَادِقِينَ مُصَدَّقِينَ
آمِرِينَ نَاهِينَ مُبَلِّغِينَ رِسَالَاتِ ٱللَّهِ
إِلَى ٱلْخَلْقِ مُبَيِّنِينَ لَهُمُ ٱلْأَحْكَامَ
وَٱلشَّرَايِعَ مُخَبِّرِيهِمْ بِٱلْغَيْبِ كَذَاتِ
ٱللَّهِ تَعَالَى وَصِفَاتِهِ وَأَفْعَالِهِ وَٱلْقِيَامَةِ
وَٱلْبَعْثِ وَعَذَابِ ٱلْقَبْرِ وَٱلسُّؤَالِ وَٱلْحِسَابِ
وَٱلْمِيزَانِ وَٱلصِّرَاطِ وَٱلْحَوْضِ وَٱلشَّفَاعَةِ
وَٱلْجَنَّةِ وَنَعِيمِهَا وَٱلنَّارِ وَعَذَابِهَا *
8. وَإِنَّ

8. وَإِنَّ ٱلْأَنْبِيَاءَ مَعْصُومُونَ مِنَ ٱلزَّلَلِ
وَٱلْكَبَايِرِ وَإِنَّهُمْ عَلَي دِينٍ وَاحِدٍ وَهُوَ
ٱلْإِسْلَامُ وَإِنْ كَانُوا مُخْتَلِفِينَ بِٱلشَّرَايِعِ *
9. وَإِنَّهُمْ مُصْطَفُّونَ مِنَ ٱلْخَلْقِ
مُكَرَّمُونَ بِوَحْيِ ٱللَّهِ وَنُزُولِ
ٱلْمَلَايِكَةِ عَلَيْهِمْ وَمُؤَيَّدُونَ بِٱلْمُعْجِزَاتِ
ٱلظَّاهِرَاتِ ٱلنَّاقِضَاتِ لِلْعَادَاتِ
كَإِحْيَاءِ ٱلْمَوْتَي وَتَكْلِيمِ ٱلْحَيَوَانَاتِ
وَٱلنَّابِتَاتِ وَٱلْجَامِدَاتِ وَتَسْلِيمِهَا وَغَيْرَ
ذَلِكَ مِمَّا يَعْجِزُ ٱلْخَلْقُ ٱلْإِتْيَانَ بِهِ *
10. وَٱللَّهُ تَعَالَي فَضَّلَ بَعْضَهُمْ عَلَي بَعْضٍ
فَٱلْمُرْسَلُ مِنْهُمْ أَفْضَلُ مِنْ غَيْرِ ٱلْمُرْسَلِ
وَصَاحِبُ ٱلشَّرِيعَةِ مِنْهُمْ أَفْضَلُ مِنْ غَيْرِ

 صاحب

صَاحِبِ ٱلشَّرِيعَةِ * .11 وَأَوَّلُهُمْ آدَمُ وَآخِرُهُمْ
وَأَفْضَلُهُمْ مُحَمَّدٌ صَلَوَاتُ ٱللَّهِ وَسَلَامُهُ
عَلَيْهِمْ أَجْمَعِينَ * .12 وَأَفْضَلُ ٱلْخَلْقِ بَعْدَ
ٱلْأَنْبِيَاءِ أَبُوبَكْرٍ ثُمَّ عُمَرُ ثُمَّ عُثْمَانُ ثُمَّ
عَلِي * .13 وَبَعْدَهُمُ ٱلسِّتَّةُ ٱلْكِرَامِ وَهُمْ
طَلْحَةُ وَٱلزُّبَيْرُ وَسَعْدٌ وَسَعِيدٌ وَعَبْدُ
ٱلرَّحْمَانِ وَأَبُو عُبَيْدَةَ وَبَعْدَهُمْ بَاقِي
ٱلصَّحَابَةِ وَبَعْدَهُمُ ٱلْقَرْنُ ٱلَّذِينَ بُعِثَ
فِيهِمْ رَسُولُ ٱللَّهِ صَلَّى ٱللَّهُ عَلَيْهِ
وَسَلَّمَ رِضْوَانُ ٱللَّهِ عَلَيْهِمْ أَجْمَعِينَ *
.14 وَبَعْدَهُمُ ٱلْعُلَمَاءُ ٱلْعَامِلُونَ * .15 وَٱلْأَنْبِيَاءُ
فِي رِوَايَةٍ مِائَتَا أَلْفٍ وَأَرْبَعَةٌ وَعِشْرُونَ
أَلْفَ

الْفَ وَفِي رِوَايَةٍ مِائَةُ أَلْفٍ وَأَرْبَعَةٌ
وَعِشْرُونَ أَلْفَ * 16. وَالْمُرْسَلُونَ مِنْهُمْ
ثَلَثَمِائَةٍ وَثَلَاثَةَ عَشَرَ وَصَاحِبُ
الشَّرِيعَةِ مِنْهُمْ سِتَّةٌ آدَمُ وَنُوحٌ وَإِبْرَهِيمُ
وَمُوسَي وَعِيسَي وَمُحَمَّدٌ صَلَوَاتُ اللَّهِ
عَلَيْهِمْ * 17. وَلَيْسَ عَدَدُهُمْ شَرْطَ الْإِيمَانِ
عِنْدَنَا بَلْ الْإِيمَانُ بِكُلِّهِمْ وَاجِبٌ
وَحِبُّهُمْ شَرْطُ الْإِيمَانِ وَبُغْضُهُمْ أَوْ بُغْضُ
أَحَدٍ مِنْهُمْ كُفْرٌ * 18. فَمَنْ أَنْكَرَ
صِدْقَ أَحَدٍ مِنَ الْأَنْبِيَاءِ أَوْ شَكَّ فِي
صِدْقِهِ أَوْ فِي شَيْءٍ مِمَّا يُخْبِرُهُ فَقَدْ
كَفَرَ أَعَاذَنَا اللَّهُ مِنَ الْكُفْرِ *

1. Porro etiam fides de libris dei haec eſt,
quod perſuaſi ſimus animo, et confitea-
mur lingua: Praeſto fuerunt Deo elato
libri eximii, quos coelitus demiſit ad
prophetas ſuos. Et haec demiſſio ſine
creatione facta eſt, aeterna eſt ſine pro-
2. ductione. In illis autem continentur
mandata eius (Dei) et prohibitiones eius;
ac iudicia eius et promiſſiones et minae
eius; itemque manifeſtatio liciti et illi-
citi, obedientiae ac rebellionis; et indicia
diſtributionis tam remunerationis quam
3. poenae. Omnes iſti *libri* ſunt verbum
Dei altiſſimi, quod legitur linguis, con-
ſcribitur in codicibus, cuſtoditur in cor-
4. dibus. Hoc autem *verbum Dei* diſtinctum
eſt ab illis literis et vocibus; et appellan-
tur tamen hae literae et voces verbum
Dei per metaphoram, propterea quod
indicant verbum eius verum: Eadem
ratione qua appellatur noſtrum verbum,
quod indicat verbum noſtrum verum,
ſecundum dictum Poëtae:

Vtique ſermo eſt in praecordiis,
Sed lingua conſtituta eſt praecordiorum index.

Aſt Deus optime nouit.

5. Suntque centum et quatuor libri, e qui-
bus miſit Deus excelſus decem libros ad
Adamum,

Adamum, et quinquaginta libros ad Sethum, triginta libros ad Edrisum, decem libros ad Abrahamum, et librum vnum ad Mosen qui est Pentateuchus, vnumque ad Iesum qui est Euangelium, vnum ad Dauidem qui est Psalterium, et vnum ad Mohammedem qui est Alcoranus.

6. Qui igitur abnegat istos *libros*, vel dubitat de illis aut parte eorum, vel de capite aut versiculo aut vocabulo eorum, certe infidelis est. Seruet nos Deus ab hac infidelitate!

De Legatis Dei

7. Deinde fides in legatos Dei poscit, vt agnoscamus corde et confiteamur lingua, quod sint Deo excelso prophetae, legati ex hominibus ad homines *missi*, sinceri et fidem habentes, qui praecipiunt aut vetant *quaedam*, qui perferunt nuncia Dei ad homines, qui manifestant illis constitutiones et canones, qui renunciant illis occulta, vti essentiam Dei excelsi, et attributa eius atque opera eius, et resurrectionem et resuscitationem et poenam sepulchri, et interrogationem et examen, et libram, et viam patentem, et piscinam et intercessionem, et Paradisum cum voluptate eius, itemque infer-

8. num cum supplicio eius. Sunt autem prophetae isti immunes ab erroribus et

magnis peccatis, et omnino dediti sunt vnicae religioni, quae est Islamismus,
9. licet sint diuersi in institutis suis. Sunt quoque electi ex creaturis, honorati alloquio Dei et descensu angelorum ad ipsos, suffulti miraculis manifestis quae rumpunt communem rerum ordinem, qualia sunt, quod viuificauerint mortuos, quodque locuti sint cum bestiis et arboribus aliisque rebus inanimatis, et salutati sint ab iis, et caetera, quorsum non possunt alii homines pertingere.
10. Deus excelsus etiam praetulit alios istorum aliis, dum ille qui legatorum munere functus est ex illis praestantior est illo qui non missus fuit cum nuncio, et qui nouas constitutiones docuit inter illos praestantior est illo qui non docuit
11. nouas constitutiones. Primus eorum *fuit* Adamus, vltimus autem et praestantissimus eorum Mohammed; super quos
12. omnes sit benedictio Dei et pax! Praestantissimus hominum post prophetas *fuit* Abubecrus, dein Omar, tum Oth-
13. mann, denique Ali. Et hos sequuntur sex honoratissimi, qui sunt Talcha, Alzobeir, Saad, Said, Abdorrachman et AbuObeida; hosque sequuntur reliqui socii eius. Et post illos est aetas eorum, ad quos missus est Legatus Dei (siue Mohammed), cui Deus sit propitius eumque

que ſeruet! Benedictio Dei ſit ſuper
14. omnes illos! Hosque tandem ſequuntur
15. ſapientes, qui faciunt bona opera. Prophetarum autem ſecundum traditionem quandam *ſunt* ducenta et viginti quatuor millia, aut ſecundum traditionem aliam centum millia et viginti quatuor millia.
16. Et qui Legatorum munere functi ſunt inter illos, ſunt trecenti et tredecim; qui autem nouas conſtitutiones attulerunt ex illis, ſunt ſex, Adamus, Noachus, Abrahamus, Moſes, Ieſus et Mohammed.
17. Benedictio Dei *ſit* ſuper illos! Non autem eſt numerus illorum conditio fidei apud nos; ſed fides in omnes illos eſt neceſſaria, et amor erga illos eſt conditio fidei; et odium contra illos aut odium
18. contra vnum iſtorum *eſt* infidelitas. Quicunque porro negat veracitatem vnius prophetarum, aut dubitat de veracitate eius, aut de vlla re quam annunciauit, is iam infidelis eſt. Seruet nos Deus ab illa infidelitate!

ADNOTATIONES

Specimen hoc deſumtum eſt e codice MSC. de Religione Mohammedica a Sonnita quodam anonymo confecto, ac deinceps arabice edito, latine verſo, et notis illuſtrato ab *Adriano Relando*, cuius editio prima prodiit Vltraiecti 1705. in 8. et ſecunda priori omnino auctior

et emendatior 1717.*) In hac editione posteriori, in qua versio latina in Capita fuit diuisa, quamque sollicite cum prima contuli, pensum nostrum constituit Cap. IV. et V. Libri I. pag. 16. sqq. Textum arabicum sine punctis a *Relando* editum iisdem instruxi, et in versus distinxi, nouamque versionem atque adnotationes addidi, prout tyronum indoles ista omnia requirit.

Vers. 1. *Quod persuasi simus — et confiteamur*] *Vocabulum arabicum* تَّصْدِيقًا est Infinitiuus Conj. II. a radice صَدَقَ *verax fuit*, in Conj. II. *fidem habuit, persuasus fuit*, et tanquam nomen verbale praemissum habet articulum. Id

*) Prima ista editio hunc gerit titulum: *Adriani Relandi de Religione Mohammedica Libri duo. Quorum prior exhibet compendium theologiae Mohammedicae, ex Codice Manuscripto Arabice editum, Latine versum, et Notis illustratum. Posterior examinat nonnulla, quae falso Mohammedanis tribuuntur. Vltraiecti, Ex officina Guilielmi Broedelet*, MDCCV. Secunda editio autem inscribitur: *Hadriani Relandi de Religione Mohammedica libri duo. Editio altera auctior. Traiecti ad Rhenum. Ex libraria Gulielmi Broedelet* MDCCXXVI, cuius descriptionem, prima editione nondum ab illo visa, dedit D. *Froriep* in Biblioth. Arab. Vol. I. p. 369. sqq.

Id quod etiam de vocabulo sequente اقرارا tanquam Infinitiuo Coni. IV. a rad. قرّ *firmiter mansit*, in Coni. IV. *confirmauit, confessus est*, notandum venit.

Ibid. *Praesto fuerunt libri*] Verbum بان *manifestus fuit, praesto fuit, excelluit*, construitur cum nomine in accusatiuo loco nominatiui posito §. 92. II. Institut. A. L. et huic nomini masculino additum est adiectiuum femininum, idemque sequitur etiam suffixum femininum. conf. l. c. §. 61.

Ibid. *Demissio sine creatione* facta est, *aeterna* est *sine productione*] Recte in edit. 2da legitur منزلة, in prima autem minus recte منزلة. Ne quis enim putet, forte assumendum esse nomen مُنْزَلٌ cum suffixo 3. pers. ه ideoque legendum مُنْزَلُهُ *demissio eius*, duae obstant rationes, 1) suffixum deberet esse femin. هَا, sicut eiusmodi suffixum femin. iam adfuit in انزلها, 2) in tribus mox sequentibus vocabulis مخلوقة, قديمة, et محدثة, vbi in prima editione etiam apparet ه, non ة, suffixum locum habere non potest.

poteſt. Ergo in omnibus quatuor vocabulis vitium modo commiſſum eſt in ſcribendo, quod in altera editione emendatum eſt. Vbi de vltimo vocabulo محدثة, quod in *Golii* Lexico non deprehenditur, ſimul notandum eſt, quod illud recte vertatur *Productio*. Nam nomen hocce, a Radice حدث *primum extitit, nouus ſ. recens fuit*, ad formam مِفْعَلَة eſt nomen ſubſtantiuum ſignificans inſtrumentum actionis, adeoque denotat *illud per quod aliquid primum exiſtit*, ſeu *recens eſt*, id eſt, productionem. conf. Inſtitutt. A. L. p. 65. Quod vero ad rem ipſam his verbis deſcriptam attinet, ex *Relando* cognoſci poteſt, quod diu inter Mohammedanos et magnis animis agitata ſit quaeſtio de Alcorano, num creatus eſſet vel increatus. Qui creatum dicebant, videbantur aliis auctoritatem eius imminuere, at ſe tuebantur variis rationibus; inter quas eſt expreſſum Dei dictum جعلناه قرآنا *poſuimus Coranum;* quod autem poſitum eſt, idem et creatum eſt. Alii in contraria ibant. Tutiſſime illi incedebant, qui verbis Corani adhaerentes dicebant illum eſſe مجعولا *poſitum* vel منزولا *demiſſum*, et de creatione eius ſilebant. *Erpenius* non intellexit *Elmacinum* ſcribentem in Hiſtor. Sarac. p. 138. Almamonem homines examinaſſe ſedulo بخلق القرآن *quid*

quid crederent de creatione Alcorani فكلمن لم يقل بخلقه *et qui non confiteretur illum esse creatum*, grauiſſime punitum. *Erpenius* illa vertit: *tentauit populum formula Alcorani, grauiſſime puniens eos qui eam non proferrent.* Legit بتعلق male, atque ita etiam p. 146. et 147. ſed codice vſus eſt MSto non ſatis emendato. conf. HOTTINGERI *Hiſtoria oriental.* p. 416. 417.

Vers. 2. *Diſtributionis* ſiue retributionis] In textu arabico legitur الجزا; Aſt nomen جَزَا a rad. جَزَا *diſtribuit, partitus eſt*, mihi notum non eſt, ſed potius جَزْءٌ *diſtributio* vſitatum eſt, ſicut ab eadem radice ſub alia forma جُزْءٌ *pars* occurrit.

Ibid. *Poenae*] Vocabulum كَتْبٌ alias denotat vſitatiſſime *ſcripturam, ſcriptum;* ſed hoc loco vi oppoſitionis ad *remunerationem* vel *praemium* intelligendum eſt de poena, quia radix كتب non ſolum ſignificat *ſcripſit, deſcripſit*, ſed etiam *impoſuit, obſeruandum praecepit, duriter tractauit.*

Vers. 3. *quod legitur*] Ad verbum: *lectum*, quia vocabulum arabicum a rad. قرا tanquam parti-

participium passiuae vocis Coni. I. inflectitur, sicut participium illud statim bis sequitur. Et ita *Algazali* etiam describit verbum Dei, quod legitur linguis, scribitur in libris, et custoditur in codicibus, vt distinguatur ab altero Dei verbo ازلي قديم قايم بذات الله aeterno et in ipsa natura Dei existente.

Vers. 4. *Propterea quod indicant verbum*] Ad verbum: propterea quod sint indicium de verbo. Nam vocabulum prius conflatum ex كَوْنٌ *existentia*, *essentia*, et suffixo 3. pers. singul. femin. ac praefixo ل significat *propterea quod esset*; Et vocabulum دَالَّةٌ *manifestatio*, *indicium*, est a rad. دَالَ *celebre ac publice notum euasit.*

Vers. 5. *Decem libros ad Adamum*) Sicut ab initio huius versus nomen plurale كُتْبٌ vel كُتُبٌ, a singulari mox sequente كِتَابٌ, construitur cum pronomine singular. femin. هي (§. 61. Institutt. A. L.), ita etiam nomini illi hoc loco praemissum est numerale femininum, cui in genitiuo postpositum est nomen idem §. 63. I. et IV. Ratione rei hic commemo-

memoratae autem ex *Relando* notari potest: Hottingerus in Histor. Orient. p. 22. scribit ex Kessaeo XXI. libros ad Adamum demissos. At Mohammedani, quos vidi, tantum X memorant. Nec loco citato Kessaeus dicit XXI. libros demissos, sed prima nocte mensis Ramadan Deum ad illum demisisse XXI *folia* vel *tabulas* صحيفة, et mox subdit وهى اول كتابا انزل الله تع علي ادم *Hic primus liber est, quem Deus excelsus ad Adamum demisit.* Marraccius etiam in prodromo Alcorani p. 80. ex scriptore Arabe haec verba profert: *misit Deus Adam vt praedicaret genti suae et tradidit ei a coelo libros viginti et vnum.* Si verba Arabica adscripsisset, possemus iudicare an libros كتب an vero صحيفة ibi extaret. Probabile est id de 21. foliis istis vel tabulis intelligendum, quae non nisi vnum librum efficiant, nam alibi plus semel Marraccius 10 duntaxat libros coelitus missos ad Adamum notat: quae est constans Mohammedanorum omnium sententia.

Ibid. *Triginta libros ad Edrisum*] In Relando legitur كتاب. Sed sicut in vocibus mox praecedentibus كتابا recte in accusatiuo apparet, ita hic eundem etiam elegi. Vbi de constructione nominis singularis cum numerali plurali conf. §. 63. IV. l. c. Per *Edris* autem intelligendus est *Enoch*, quo nomine hic venit

Sura-

Surata XVIII. p. 180. et Surata XX. qua de re prolixe agit Hottingerus in Histor. Orientali p. 30. sqq.

Ibid. Qui est Pentateuchus, siue lex] In *Relando* legitur التورية; sed lectionem meliorem cum ا substitui. Et de re ipsa *Relandus* bene obseruat: Itane, dicet aliquis, num agnoscunt Mohammedani Pentateuchum Mosis, et Psalmos et Euangelia esse libros θεοπνεύστους; cur ergo reiiciunt argumentationes inde petitas? Verum non nostros Codices intelligunt, sed antiquos illos, quos a Iudaeis et nobis corruptos esse fingunt quique nunc non supersunt. Habent et legunt priuatim Psalmos Dauidis Arabice et Persice, sed ex nostris codicibus versos, quibus orationes Mosis, Ionae et aliorum adiectae sunt; et Euangelium aliquod apud ipsos est, quod ex scriptis bonis et malis conflatum Arabice et Hispanice manuscriptum extat: sed non putem Mohammedanos, certe non omnes, audere affirmare illos codices esse genuinos illos veteres. Inter loca, quae corrupta esse clamant, sunt Psalm. 2,7. *Ego genui te:* vbi legendum dicunt *Ego educaui te*, quae voces apud Arabes non nisi per Tesdid (siue Dagesch Hebr.) distinctae sunt, et pro *filius meus, Propheta meus*, et Ioh. 16, 7. παράκλητος *aduocatus* male legi pro περίκλυτος, *Mohammed*, *inclytus*.

Vers. 6.

Vers. 6. *abnegat istos* libros] Suffixum femininum ها in انكرها respicit nomen plurale praecedentibus aliquoties obuium كُتُبٌ, vide annot. ad Vers. 5. Ideoque perspicuitatis causa in versione latina illud addidi.

Ibid. *Vocabulo eorum*] Relandus vertit: *verbo ex illis*. Et in nota quadam in secunda, nondum autem in prima, editione obuia inter alia monet: „Caeterum illud quoque hic notare velim, verborum et commatum singulorum rationem ita haberi, vt credatur verba et commata Alcorani non simul a Deo esse reuelata et tradita Mohammedi sic vt integratam Suratam simul acceperit: Mohammed enim dixisse fertur nonnisi Suratam IX et CX integras ipsi a Deo simul traditas fuisse, reliquas اية اية حرفا حرفا *per commata singula seorsim aut per verba*. Quapropter mirum non est, si non cohaereant sententiae Alcorani, et nostri homines saepe iustum ordinem rerum et nexum nullum videant inter ea quae antecedunt et consequuntur. De vna Surata aliquando legere est, partem eius Meccae, partem Medinae, a Deo ad Mohammedem demissam. Verbi causa Suratae XXII. comma 11 et 12 Medinae dicuntur Mohammedi tradita, reliqua Meccae. Huc quoque referri potest, quod toties eadem repetantur in Alcorano, vnde

vnde كتاب مثاني *Liber continens verba iterato repetita* dicitur ab ipſo Mohammede Surat. XXXIX, 23. Quod quidem alios lectores multum offendit; ſed a Mohammedanis tribuitur temporum et rerum diuerſitati, quae haec vel illa verba reuelari denuo poſtulabant. Spatio enim 23 annorum Alcorani particulas coelitus deſcendiſſe volunt, quum Pentateuchus et Euangelia quae ſingula ſimul tota deſcenderunt iſtiusmodi repetitionibus, vt non neceſſariis careant. etct. „.

Ibidem. *Certe infidelis eſt*] Ad verbum: certe pronus eſt ad infidelitatem. Vbi vocabulum إِجْمَاعًا eſt Infinitiuus Coniug. IV. a radice جَمَعَ *collegit*, *coniunxit*, *continuit*, et in Coni. IV. *conſenſit*, *aſſenſus fuit*, *decreuit*, *ſtatuit*, et ſignificationis augendae gratia verbo ſequenti additur, ideoque *omnino*, *certe* vertitur. conf. §. 76. Inſtitutt. A. L. Facilior autem lectio et melior eſt أَجْمَعًا فَقَدْ كَفَرَ, tuncque vocabulum primum tanquam accuſatiuus nominis أَجْمَعُ *vniuerſus*, *omnis*, redditur aduerbialiter *generatim*, ſiue *in vniuerſum*, et ad praecedentia pertinet. Nam reliqua duo vocabula ſic quoque in fine huius ſpeciminis iterum occurrunt.

Ibid.

Ibid. *Seruet nos Deus ab hac infidelitate*] Relandus vertit: *ferua nos o Deus;* ast اعان non eſt imperatiuus, ſed potius 3 perſ. ſing. maſc. Praeteriti coniugationis IV. a verbo عَانَ *reverſus eſt, rediit, viſitauit,* et in Coni. IV. *reduxit,* et particula يَا, quae vocatiuo plerumque praemittitur, hic etiam deficit. Si quis vero imperatiuum eligere velit, is ſine ا in medio legere debet أَعِنْ.

Vers. 7. *Qui praecipiunt aut vetant*] In textu arabico duo adſunt participia plural. numeri accuſatiui caſus; prius nimirum e ſingulari أَمِرٌ vel آمِرٌ pro أَاْمِرٌ, a rad. أَمَرَ *praecepit, mandauit,* et poſterius e ſingulari نَاهٍ pro نَاهِيٌ a rad. نَهَى *vetuit, prohibuit.*

Ibid. *Qui manifeſtant illis*] In textu arab. iterum adeſt participium, et quidem Coniug. II. مُخَبِّرٌ, a rad. خَبَرَ *ſciuit, cognouit,* in Coni. II. *indicauit, certiorem fecit, manifeſtauit.* Et ſine cauſa lectionem editionis primae, a nobis retentam مخبريهم, in altera editione Relan-

 dus

dus mutauit in مخبرين لهم. Quum enim verbum خبر tam in II quam in IV. Coni. construatur alias cum accusatiuo personae et ب rei, legere potius, deberemus, si suffixum verbo separatim adponere velimus, مخبرين اياهم.

Ibid. *Poenam sepulchri*] De hac poena sepulchri siue cruciatu sepulchrali, quae eadem sunt ac Iudaeorum חבוט הקבר, pluribus agit *Eduard. Pocockius* in Notis miscell. ad Portam Mosis p. 241. sqq.

Ibid. *Libram et viam patentem et piscinam*] Pro voce prima, in prima Relandi editione, male scripta والبيزان recte in 2da editione legitur والميزان a rad. وزن *ponderavit*, *librauit*. Et de hac libra pluribus agit *Pocockius* l. c. p. 282. sqq. De *via patente* autem, quam *Relandus* recte vertit *pontem* siue viam die vltimo calcandam, et de *piscina*, ex qua pii potantur, vbi pontem transierint, necdum tamen coelum ingressi, conf. *Pocockius* l. c. p. 292. et *Hottingerus* in Historia orient. p. 421.

Vers. 8. *Et omnino dediti sunt unicae religioni*] Relandus vertit: et omnes eidem religioni addicti; et in nota addita pergit: Hoc persuasum iis est, et Adamum et Noachum, et Mosen

Mosen et Iesum, aliosque prophetas, eandem religionem fuisse amplexos ac Mohammedem. Passim id inculcat Alcoranus, et notus est *Suratae* II. locus de Abrahamo, qui ibi dicitur non fuisse Iudaeus, non Christianus, sed حنيفا مسلما *genuinus Muslimannus.*

Vers. 9. *Sunt quoque electi*] siue ordine dispositi vel separati, nam vocabulum arabicum est Participium Coniug. VIII. a rad. صَفَّ *ordine dispofuit*, et in Coni. VIII. in feriem *vel* directo ordine collocatus fuit, congregatus et separatus fuit.

Ibid. *Suffulti miraculis manifestis*] Vtraque editio habet ومويدون, quod est ex singulari مُوَيَّدٌ particip. passiu. Coniugat. IV. a Radice أَادَ pro أَيَدَ *robustus fuit, firmus euasit*, et in Coniug. IV. *corroborauit, adiuuit*. Alias etiam transpositis litteris ي et د legi posset مُودَيُون ex singulari مُودًي particip. passiu. Coni. IV. a Rad. يَدَي *contigit*, IV. *beneficium contulit, tradidit, corroborauit*. Et per *miracula pura* intelliguntur *miracula vera* siue *manifesta*.

Ibid. *quod viuificauerint*, siue *in vitam re-*

 duxe-

duxerint] Vocabulum احْيَايًا Est Infinitiuus Conj. IV. a verbo حَيَّ vixit. In vtraque editione Relandi autem legitur كاحيا.

Ibid. *Et arboribus aliisque rebus inanimatis.*] Prius vocabulum legitur in 1. edit. نبا تات, et in 2. edit. نبات; sed elegi aliam vtraque lectione meliorem e singulari نَابِتَةٌ *quicquid prouenit, crescitue*, adeoque *arbor*, a rad. نَبَتَ *creuit, enatum fuit*. Posterius autem vocabulum legitur in 1. edit. جماد اتات, et in 2. edit. جمادات; sed substitui iterum aliam vtraque lectione meliorem e singulari جَامِدَةٌ ex mascul. جَامِدٌ *consistens, concretus*, et hinc *res inanimata*, a verbo جَمَدَ *constitit*.

Ibid. *Et caetera*] siue: et sic porro. De eiusmodi miraculis iam actum est supra in specimine ex *Abulpharagio* p. 19. sq. Quibus adhuc adde Surat. V, 110. et XXIV, 64. et *Hottingerum* in Historia Oriental. p. 473. sqq.

Vers. 10. *Deus excelsus praetulit alios istorum aliis*] Relandus liberiore translatione hoc loco vtens vertit: Instituit quoque Deus ordinem

dinem inter illos, quo vnus alio excellentior eſt. Vbi de vocabulo تَعَالٍ a laudato Relando neglecto tantum obſeruare volo, quod in textu arabico hic quoque, ſicut ſaepe in ſuperioribus, ſcribatur تَعالي. Quia autem تَعَالي et تَعَالٍ vnum idemque ſignificant, et vtrumque eorum a rad. علا vel علي *altus, excelſus fuit*, deducitur ad formam Infinitiui Conj. VI. pro تَعَالُيًا; formam iſtam ſine ي de induſtria hoc loco ſemel adhibui, ſiquidem altera forma cum ي tanquam inuſitatior et a *Golio* plane omiſſa, a *Caſtello* autem notata, in ſuperioribus ſemper fuit vſurpata. conf. §. 20, 2. γ. et obſ. praeced. Inſtitutt. A. L.

Ibid. *qui nouas conſtitutiones docuit inter illos praeſtantior erat.*] Relandus in 1. edit. habet: *qui nouum religionis modum inſtituerunt* praeſtant *iis qui id non praeſtiterunt*, in 2da autem editione: *et qui nouas conſtitutiones docuerunt iis qui id non praeſtiterunt*. Vbi ſimul in poſteriori editione haec addita eſt nota: Non omnes, quibus libros a Deo traditos eſſe putant, habentur pro nouorum inſtitutorum auctoribus; nec omnes qui nouarum conſtitutionum auctores fuere libros accepere a Deo. Noachus, verbi cauſa, eſt inter auctores nouae ſectae, at

libros a Deo nullos accepit. Seth e contrario dicitur a Deo libros accepisse, sed inter auctores nouae legis aut sectae non numeratur. — Sciendum est, Mohammedanos credere omnium prophetarum دين *religionem* fuisse eandem (quod et noster auctor supra confessus est) id est *Islamismum*, quem Mohammedani profitentur, quemque ideo nuncupant دين الانبيا *religionem prophetarum.* Verum fatentur Iesum non omnia praecepisse suis quae praecepit Mohammed, et alias شرايع *leges* siue *constitutiones* attulisse. Atque ita Moses, ita alii.

Vers. 13. *Cui Deus sit propitius eumque seruet*] Sicut scriptores hebraici defunctos suos formula notissima עליו השלום *super eo sit pax* prosequuntur, ita etiam consuetudinem hanc Iudaicam, vt alias plurimas, Mohammedani fecerunt suam, et prophetae cuidam nominato, aut alio viro apud illos aestumando, addunt عليه السلام conf. *Hottinger* in Histor. Orient. p. 20. sqq. Sunt vero et aliae eiusmodi formulae, sicut in specimine nostro, sparsim in Arabum scriptis obuiae. Vbi notandum, quod formula nostra صلي الله عليه عليه افضل الصلاة والسلام وسلم, vel *super illo sit optima benedictio et pax,* solius Mohammedis; aliam vero رضي الله عنه *delectetur eo Deus,* successorum eius mentioni

prae-

praefigantur. Vide Hiſtoriam Timuri *Ahm. Arabs.* p. 1. et 5.

Vers. 14. *Sapientes qui faciunt bona opera*] Eo nomine ex ſententia *Relandi* indicantur illi, qui opere praeſtant ea quae alios docent, et quorum facta verbis congruunt. Hoc titulo Algazalius prae aliis ornari ſolet, qui moribus talem ſe exhibuit, qualem oportere eſſe Moslimannum lingua et ſcriptis docuit.

Vers. 16. *Ieſus*] Nomen عيسى ex vocabulo noſtro Ιησȣς in nouo teſtam. obuio ortum trahere videtur; ſed Mohammed etiam nomen مسيح Meſſiae, id a Iudaeo ſuo edoctus, Chriſto tribuit in Alcorano. Non autem, teſte *Relando*, hoc nomen ab משח *vngendo* deriuant, ſed a ساح, vnde سياح *peregrinator religionis cauſa*, et (quod idem credunt notare) مسيح *Meſſias.* Keſſaeus expreſſe: عيسى كان سياحا *Ieſus erat religioſus peregrinator.* Alii dicunt a مسح quod eſt manu fricare et contrectare, nomen *Meſſiae* ductum eſſe, quod Ieſus homines in porcos conuerterit, manu ſua ducta ſuper vultus eorum. Sic videmus, quomodo caecutiant in etymo vocum Hebraearum. conf. *Hottingerus* in Hiſtor. Orient. p. 157. ſeqq. Par eorum error eſt,

quum scribunt Abrahami nomen prius fuisse ابن رحيم *filius misericors:* aliquid sc. inaudiuerunt de mutato Abrahami nomine. Sic et Saram antea dictam يسا رة i. e. *sterilem, non parientem*, fabulatur *Abulkasem Abdorrachmin* in Obseru. MSS. ad nomina propria Alcorani, Cap. 3

Vers. 17. *Non autem est numerus illorum conditio fidei apud nos* etct.] Vocabulum primum ليس conuenit cum Hebr לא יֵשׁ, et pro verbo substantiuo negante habetur, conf. Institutt. A. L. p. 214. hinc vocabulum شَرْطًا tanquam praedicatum in accusatiuo expressum est. conf. §. 82. l. c. Quem accusatiuum etiam in sequentibus retinui, vbi verbum substantiuum subintelligendum est. Caeterum *Relandus* ad sensum magis respiciens quam verbis arcte inhaerens totum comma hoc in vtraque editione recte vertit: *Hunc numerum vt quis sciat, non requiritur vti conditio fidei, sed necessarium est vt quis illos amore prosequatur: qui enim eos, aut vnum ex iis odio habet, infidelibus accensendus* (in altera edit. *adnumerandus*) *est.*



CLAS-

****

CLASSIS II. SPECIMEN II.

Oratio de vitandis vitiis et exercendis virtutibus.

أَيُّهَا ٱلسَّادِرُ فِي غُلَوَائِهِ (1 ٱلسَّادِلُ ثَوْبَ
خُيَلَائِهِ ٱلْجَامِعُ فِي جَهَالَاتِهِ (2 ٱلْجَانِحُ
إِلَي خُزَعْبَلَاتِهِ ٱلْأَمَّ (3 تَسْتَمِرُّ عَلَي غَيِّكَ
وَتَسْتَمْرِئُ مَرْعَي بَغْيِكَ وَحَتَّامَ تَتَنَاهَي
فِي زَهْوِكَ (4 وَلَا تَنْتَهِي عَنْ لَهْوِكَ تُبَارِزُ
بِمَعْصِيَتِكَ مَالِكَ نَاصِيَتِكَ وَتَجْتَرِئُ
بِقُبْحِ سِيرَتِكَ (5 عَلَي عَالِمِ سَرِيرَتِكَ
وَتَتَوَارَي عَنْ قَرِيبِكَ وَأَنْتَ بِمَرْأَي
رَقِيبِكَ وَتَسْتَخْفِي مِنْ مَمْلُوكِكَ وَمَا

F 2 تَخْفِي

تَخْفِي خَافِيَةٌ عَلَي مَلِيكِكَ أَتَظُنُّ
أَنْ سَتَنْفَعُكَ حَالُكَ إِذَا آنَ (6 ٱرْتِحَالُكَ
أَوْ يُنْقِذُكَ مَالُكَ حِينَ تُوبِقُكَ أَعْمَالُكَ
أَوْ يُغْنِي عَنْكَ نَدَمُكَ إِذَا زَلَّتْ بِكَ
قَدَمُكَ أَوْ يَعْطِفُ عَلَيْكَ مَعْشَرُكَ يَوْمَ
يَضُمُّكَ مَحْشَرُكَ (7 هَلَّا هَلَّا ٱنْتَهَجْتَ
مَحَجَّةَ ٱهْتِدَائِكَ وَعَجَّلْتَ مُعَالَجَةَ
دَائِكَ وَفَلَلْتَ شَبَاةَ ٱعْتِدَائِكَ وَقَدَعْتَ
نَفْسَكَ فَهِيَ أَكْبَرُ أَعْدَائِكَ أَمَا ٱلْحِمَامُ
مِيعَادُكَ فَمَا إِعْدَادُكَ وَبِٱلْمَشِيبِ
إِنْذَارُكَ فَمَا أَعْذَارُكَ (8 وَفِي ٱللَّحْدِ
مَقِيلُكَ (9 فَمَا قِيلُكَ (10 وَإِلَي ٱللّٰهِ
مَصِيرُكَ

مُصِيبِرُكَ (11 فَمَنْ نَصِيرُكَ طَالَ مَا أَيْقَظَكَ
ٱلدَّهْرُ فَتَنَاعَسْتَ وَجَذَبَكَ ٱلْوَعْظُ
فَتَقَاعَسْتَ وَتَجَلَّتْ لَكَ ٱلْعِبَرُ (12 فَتَعَامَيْتَ
وَحَصْحَصَ لَكَ ٱلْحَقُّ فَمَارَيْتَ
وَأَذْكَرَكَ ٱلْمَوْتُ فَتَنَاسَيْتَ وَأَمْكَنَكَ أَنْ
تُوَاسِي فَمَا آسَيْتَ تُؤْثِرُ فَلْسًا تُوعِيهِ
عَلَي ذِكْرٍ (13 تَعِيهِ (14 وَتَخْتَارُ قَصْرًا
تُعْلِيهِ عَلَي بِرٍّ تُولِيهِ وَتَرْغَبُ عَن هَادٍ
تَسْتَهْدِيهِ (15 إِلَي زَادٍ تَسْتَهْدِيهِ وَتُغَلِّبُ
حُبَّ ثَوْبٍ تَشْتَهِيهِ عَلَي ثَوَابٍ تَشْتَرِيهِ
يَوَاقِيتُ (16 ٱلصِّلَاتِ أَعْلَقُ بِقَلْبِكَ مِنْ
مَوَاقِيتِ (17 ٱلصَّلَوةِ وَمُغَالَاةُ ٱلصَّدُقَاتِ
آثَرُ (18

(18 آثر عندك من موالاة (19 الصدقات
وصحائف الألوان أشهى اليك من
صحائف الأديان ودعابة الأقران
آنس لك من تلاوة القرآن تأمر
بالعرف وتنتهك حماه وتحمي عن
النكر ولا تتحاماه وتزحزح عن
الظلم ثم تغشاه (20 وتخشى الناس
والله أحق أن تخشاه ثم أنشد
تبًّا (22 لطالب دنيا ثني اليها
انصبابه (23
ما يستفيق غرامًا بها وفرط
صبابه (24
ولو

وَلَنْ نَرَي تَكْفَاهُ مِمَّا يَرُومُ

صُبَابَةٌ(25،

O inconſiderans in inſolentia 1) ſua, laxans veſtem interiorem ſuperbiae ſuae; et concipiens in multiplici inſipientia ſua, 2) propendens ad ineptias ſuas! Quousque 3) perſiſtes in delicto tuo, gratumque habebis paſtum proteruiae tuae? Quamdiu ad ſummum terminum progredieris in vanitate 4) tua, nec abſtinebis a ludicro tuo? Oppugnas inobedientia tua eum qui poſſidet comam frontis tuae propendulam, et ſtrenuus es in turpi vitae modo 5) tuo contra eum qui nouit arcanum tuum. Et abdere te ſtudes a propinquo tuo, cum ſis ſub conſpectu obſeruatoris tui; et latere cupis ſeruum tuum, cum non lateat vlla res occulta dominum tuum. An putas, quod futurum ſit vt profit tibi modus tuus, quando aduenerit 6) tempus migrationis tuae? vel vt eripiant te opes tuae, quando exitio dederint te opera tua? aut vt ſufficiat pro te poenitentia tua, poſtquam lapſu fefellerit te pes tuus? vtue miſericordia tangatur erga te tuum ſociorum agmen tempore quo attraxerit te locus iudicii extremi 7)? Nonne, nonne in ſemitam apertam euaderes via re-

gia

gia quae te recta ducat, et festinares ad medelam morbi tui, et rupta acie fugares acuminatam cuspidem iniquitatis tuae atque inhiberes animam tuam, siquidem illa est maximus inimicus tuus? Annon mors est finis tibi destinatus, quodnam autem est tuum mortis tempus? Per canitiem *fit* monitio cum comminatione ad te, quaenam igitur sunt excusationes 8) tuae? Et in sepulchro est tuus somnii locus 9), quaenam vero erit responsio 10) tua? Atque ad Deum erit reditus tuus, 11) quis vero erit defensor tuus? Diu durauit, ex quo excitauit te a somnio tempus, sed simulasti te dormire. Et traxit te admonitio, sed refractarius fuisti. Teque allexerunt ad se exempla 12), sed coecitatem prae te tulisti. Et manifestum tibi fuit verum iustumque, sed oblocutus es. Teque monuit mors, sed simulasti te eius esse oblitum. Praefers obolum, quem recondas, effato diuino 13) quod memoria retinere deberes 14). Et eligis palatium, vt exstruas illud, prae iustitia, quam respicere deberes. Et desistis a viae duce, cuius directionem petere 15) deberes, ad viaticum cuius oblationem petis. Praeponisque amorem vestis, quam appetis, praemio quod comparare tibi posses. Splendida 16) munera magis inhaerent animo tuo quam tempora stata 17) precationis. Ac licitationes donorum nuptialium 18) potiores

res ſunt apud te continuandis largitionibus 19) eleemoſynarum. Patinaeque variorum ciborum appetuntur apud te magis quam paginae rerum diuinarum. Et iocoſus ludus ſociorum familiarior eſt tibi lectione Corani. Praecipis quod aequum eſt; et ipſe violas ſacrum eius: et abſtinere iubes ab eo quod eſt iniquum, ſed non ipſe euitas illud. Cumque retrahis alios ab iniuria, tunc ipſe applicas 20) te ad illam. Et times homines, cum Deum timere potiſſimum debeas 21).

Male ſit 22) illi, qui petens mundana flectit
ad illa curſum ſuum 23).

Non enim ad ſe redire poteſt, deditus
illis et nimius in deſiderio amoris illorum. 24)

At ſi noſſet, ſufficeret illi de eo, quod expetit, pauxillum. 25)

ADNOTATIONES.

Ad eorum libellorum numerum, in quibus ad orationis cultum et eloquentiam reſpicientes eorum auctores ſtylum et dictionem cumprimis Corani ſui, quem vbiuis venerantur, imitari ſtuduerunt, pertinent inprimis ſic dicti *Conſeſſus*, arabice مقامات. Hoc vocabulum, quod a rad. قام, Hebr. קום, *ſtetit*, *conſtitit*, *ſurrexit*, deriuatur, *conſeſſus* ſiue *coetus hominum* denotat, ac deinceps de ſermonibus ibi habi-

habitis vſurpatur, ideoque loci ſui nomine res ipſae, quae in coetu hominum, vbi pro more conſident, commemorari ſolent, intelliguntur. Cuius rei deſcriptio optime poteſt cognoſci ex iis, quae in noſtra Orient. et Exeg. Bibliotheca P. III. p. 189. ſqq. ex NIEBVHRII Beſchreibung von Arabien allata ſunt. Qui primus tales مقامات publicauerit, maxime celebratur *Ahmed* fil. *Hoſein*. Hamedanenſis, licet hic duos ea in re alios ſe priores agnoſcat, *Abulfathum* Alexandrinum, et *Iſam* fil. *Hesjami*, quorum autem nulla ſupereſſe monumenta feruntur. *Ahmedis* iſtius veſtigiis ſe inſtitiſſe profitetur auctor noſtri ſpeciminis, Abu Mohammed Haririus, qui quinquaginta Conſeſſus, totidem vrbium nominibus inſignitos et diſtinctos, conſcripſit. De hiſce 50 Conſeſſibus non ſolum celeberr. *Alb. Schultens* ſex priores in duobus Volumin. in 4. edidit, ſed etiam vnum illorum iam deprehendimus in appendice *Golii*, quam Arabicae linguae Tyrocinio ſubiecit p. 214. ſqq.*) huiusque conſeſſus

*) Edidit quoque celeb. *Reiske* an. 1738. Lipſiae in tribus plagul. Conſeſſum Haririi vigeſimum ſextum, ſed in multorum manus primitiae iſtae arabicae Reiskii non perueniſſe videntur, quia nullius loci recordor, in quo iſtorum mentio facta fuiſſet. Et ipſe Reiskius laudatus occaſione quadam mihi retulit, iſtius laboris centum exemplaria tantum typis fuiſſe expreſſa.

ſeſſus particulam conſtituit ſpecimen noſtrum. Auctor huius noſtri ſpeciminis prolixiori nomine vocatur ابو محمد القسم بن علي بن محمد بن عثمان البصري الحريري *Abu Mohammed Alkaſem*, fil. *Ali*, fil. *Mohammed*, fil. *Otſman*, Baſrenſis, Hariraeus, qui et ſimpliciter ابن الحريري *Ebn Alhariri*, quaſi *Sericarii filius* nominatur Iacuto Hamataeo. Natus eſt anno Hegirae 446, et denatus 516, eoque vixit aeuo, quod politioribus inter Arabas literis plurimum floreret. Eam in hisce ipſe promeruit laudem, vt teſte *Golio* l. c. p. 211. earundem in Aſia et Africa ſtudioſis in praeſentem exinde diem commodior vix alius habeatur auctor, a quo proprietatem linguae, ſimulque copiam ac elegantiam, addiſcant.

Conſeſſus iſte, ex quo ſpecimen hoc deſumtum eſt, cognominatur *Sananenſis*, ab vrbe Sanaa, quae Arabiae Felicis metropolis eſt, et quondam Regum ſedes fuit. Narrationem hiſtoricam ab initio et in fine huius Conſeſſus obuiam omiſi, et ex medio eius orationem ipſam ibi adductam pro ſcopo meo tantum adpoſui. Textum arabicum ipſum e Golio deſcripſi, ſed verſionem nouam a Goliana translatione pauliſper diuerſam propter tyrones addidi.

1) Vocabulum arabicum significat *celeritatem* et *initium iuuentutis*, et hoc loco recte cum Golio vertitur per insolentiam. Suffixum tertiae personae in hoc et mox sequentibus vocabulis tribus apparens si quis cum 2da persona permutare velit, quod et in aliis linguis orientalibus haud infrequens est, is vertere potest: *o tu, qui inconsideratus es in celeritate tua, laxas vestem* etct.

2) Pluralis pro singulari positus hoc loco, sicut in aliis linguis orientalibus, multitudinem et magnitudinem rei denotatae exprimit.

3) إِلَامَ pro إِلَي مَا, vti mox حَتَّامَ pro حَتَّي مَا, constituit aduerbium temporis.

4) Neglecta nominis زَهْو significatione liberiori modo Golius vertit: *quamdiu ad summum perges placere tibi?*

5) Vocabulum سِيرَة significat *consuetudinem, morem, vitae modum*, ideoque versio ad verbum esset: *strenuus es in turpitudine consuetudinis tuae.*

6) Verbum آنَ pro أَأنَ aeque ac حَانَ significat *tempestiue accidit, opportunum fuit, aduenit.*

7) Voca-

7) Vocabulum مَحْشَرٌ deſcendit a radice حشر *congregauit.* Et ſicut يَوْمُ ٱلْحَشْرِ ſignificat *diem iudicii extremi,* a congregando; ita etiam vocabulum noſtrum *locum congregationis* denotans reſpicit locum ac tempus quo poſt reſurrectionem congregabuntur homines omnes ad tribunal Dei. Hunc vero iudicii extremi locum atque diem a Mohammedanis credi, cognoſci poteſt ex RELANDO Lib. I. de Relig. Mohammedica Cap. VI. p. 47.

8) Aliorum lectioni اعْذَارُكَ propter paronomaſiam ſfaueo, ſed vnum idemque in caſu vtroque indicatur: quidnam eſt per quod te excuſare poſſis? i. e. nihil amplius te tunc excuſare poterit.

9) Vocabulum مَقِيلٌ ſignificat *dormitionem* vel *dormitorium* aut *locum ſomnii*, et pecul. *meridianum*, a rad. قَالَ pro قيل *ſomnium cepit in meridie, abrupit irritumque fecit aliquid* eo ipſo tempore. *Golius* neglecta nominis ſignificatione vertit: *in ſepulchro cubandum tibi.*

10) Vocabulum قِيلٌ ſignificat *reſponſum*, et GOLIVS iterum ſenſum magis quam no-

 minis

minis formam respiciens vertit: *quid a te dici vel responderi potest?* Alluditur ad examen, quo defunctorum manes probari credunt a duobus angelis, de quibus RELANDVS Lib. I. de religione Mohammedica Cap. V. not. a. p. 28. haec habet: Duo angeli *Monkir* et *Nakir* hominem in sepulcro iacentem erigent nova vita donatum, et de fide sua et pietate interrogabunt, et reum plectent. Sic Mohammedani, non tamen omnes. conf. POCOCKIVS in Notis Miscellan. ad portam Mosis adiectis p. 241.

11) GOLIVS iterum significatum nominis relinquens vertit: *Estque ad Deum redeundum tibi.* Et per vtramque versionem respicitur ad resuscitationem mortuorum eorumque resurrectionem, quam Mohammedani docent ac credunt, prouti ex HOTTINGERI Dissert. theolog. philol. Dissertat. I. de resurrectione mortuorum p. 16. cognosci potest.

12) Vocabulum عِبَرٌ est plur. a singulari عِبْرَةٌ *exemplum, monitum, res admiranda,* et tanquam plurale inhumanum cum verbo singulari feminino pro more Arabibus vsitato constructum est. conf. Institutt. Arab. Lingu. §. 61.

13) Vocabulum ذِكْرٌ significat *memorationem quae fit animo vel ore,* et *monitum quodvis,*

vis, sed pecul. indicat *memorationem Dei et rerum diuinarum*, et *dictum ex Corano*, ideoque effatum diuinum.

14) Vocabulum hoc تَعِيهُ est 2 perſ. ſing. Futuri Coni. I. cum ſuffixo 3 perſ. ſing. maſcul. a rad. وَعَي, ſicut vocabulum mox praecedens تُوعِيهُ eſt 2 perſ. ſing. Fut. Conj. IV. cum eodem ſuffixo ab eadem radice. Et quemadmodum haec radix in Coni. I. ſignificat *aſſeruauit* et *collegit* aliquid, illudque *memoriae mandauit*, *recordatus fuit;* ita eadem in Coni. IV. indicat *condidit*, *recondidit*, *animo reconditum habuit*, itemque *auarus tenaxque fuit*, in alios *parce faciens ſumptum*.

15) Vocabulum تَسْتَهْدِيهِ eſt 2 perſ. ſing. maſcul. Futuri Coni. X. cum ſuffixo 3. perſ. ſing. maſc. a rad. هَدَي *rectâ duxit*, *bene direxit*, it. *attulit*, *obtulitque donum*. Vnde in coniugatione X, cuius ſignificationem GOLIVS in Lexico omiſit, verbum hoc denotare poteſt *dirigi cupiuit* vel *directionem dirigi petiit*, itemque *offerri aliquid petiit* ſiue *cupiuit*. Haec enim coniugatio petitionem deſignare ſolet. conf. Inſtitutiones Arab. Lingu. §. 72. V. Ad

 quam

quam significationem etiam respexit Golius, dum vertit: *Ac desiderium auertis a duce, quem roges vt rectam monstret tibi viam, ad viaticum quod tibi cupis offerri.*

16) Vocabuli huius singularis est يَاقُوتٌ *Hyacinthus*, et aliud *gemmae pretiosae* ac *splendidae* genus. Hinc talis res quaeuis splendida et exquisita isto denotatur. *Pretiosa donorum* autem per *dona pretiosa* recte verti, cuilibet notum est. Atque posterius vocabulum صِلَاتٌ ex singulari صِلَةٌ *donum, munus*, descendit a radice وَصَلَ *coniunxit, donauit, dedit.*

17) Pro مَوَاقِيبِ legas velim مَوَاقِتِ vel مَوَاقِتَ. Nam nomen singul. مِيْعَنٌ vel مِيْعَاتٌ, cuius plural. est مَوَاقِتُ, significat *tempus statum*, et *locum certo tempori praestitutum*, a rad. وَقَتَ *praefiniuit certo tempore*, III. *tempus praescripsit* alicui. Sunt vero ista tempora stata precum quinque, diluculum, ortus solis, meridies, post meridiem, et solis

ſolis occaſus. conf. RELANDVS de Relig. Mohammed. Lib. I. Cap. IX. in fin. p. 97. ſq.

18) Singularis صَدُقَةٌ, صُدْقَةٌ et صَدْقَةٌ, aeque ac صَدَاقٌ ſignificat *dotem quae a marito vxori datur* apud Mohammedanos, ideoque nomen noſtrum reſpicit dona ſponſalitia, quae futurae coniugi promittit ſcribitque maritus, imprimis praeſtanda tempore repudii vel mortis.

19) Ad verbum: *properantiis eleemoſynarum.* Nam ſingularis مُوَاءَلَةٌ (ſicut alias legitur,) a rad. وَأَلَ confugit, III. *properauit*, ſignificat *properantiam* aut *properationem.*

20) Ad verbum: *proxime tangis illam.* Nam radix غَشِيَ ſignificat *proxime tetigit* rem, item *obruit*, *ſuperuenit* alicui, *texit*, *iniuit* mulierem. Ideoque in connexione hoc loco obuia recte vertitur: *applicas te ad illam*, ſiue amas illam, pronusque es ad illam.

21) Ad verbum: *cum Deus ſit dignior, vt timeas illum.*

22) Eſt accuſatiuus nominis تَبٌّ *malum, detrimentum* ſignificantis, a radice تَبَّ *detrimentum*

tum cepit, *damno affectus fuit.* Hinc more Arabibus visitato verti potest aduerbialiter *male* scil. sit, nisi quis supplere velit أَلْزَمَهُ ٱللّٰهُ malum *imponat inferatue ei Deus.* Simili enim cum ellipsi aliqua in accusandi casu vsurpantur voces nominaue verbalia bene vel male precandi, siue aduerbia. conf. Institutt. Arab. Ling. §. 84. p. 210.

23) Metri causa ita legitur pro أَنْصِبَابَةٌ, prouti alias ista lectio in dialecto vulgari visitata est. conf. nostras Institutt. Arab. Lingu. p. 555. sq. lit. d. Ipsumque vocabulum ommisso suffixo exprimit formam Infinitiui Coniug. VII. a rad. صَبَّ *fudit*, *effudit*, VII. *effudit se et decliuis fuit*, *decliui cursu fluxit*, it. *amore percitus fuit.*

24) Ita iterum legitur metri causa pro صَبَابَةً conf. Institutt. Arab. Lingu. l. c. lit c. Huiusque nominis nominatiuus completus صَبَابَةٌ significat *amoris desiderium* et *ardorem*, a rad. mox nominata.

25) Nomen صُبَابَةٌ, cuius lectio hic obuia ex praecedent. Obseru. 23. et 24. diiudicari potest,

poteſt, iterum a rad. صبب vel صَبَّ deſcendit, et ſignificat *reſiduum aquae* aut *lactis* in vaſe. Atque hinc generatim *pauxillum* ſiue *exiguum* exprimere poteſt.

CLASSIS II. SPECIMEN III.

De menſibus populorum orientalium, atque epochis eorundem.)*

اعلم ان عدد شهور السنة للعرب
والعجم اثنا عشر شهرا، اما شهور
العرب فهي المحرم صفر شهر ربيع الاول
شهر ربيع الاخر جمادي الاولي خمادي
الاخرة رجب شعبان شهر رمضان شوال
ذو القعدة ذو الحجة، وهي شهر
ثلثون يوما وشهر تسعة وعشرون يوما
فيكون ستة اشهر من السنة تامة

*) Quod Specimen deſumtum eſt ex *Elementis aſtronomicis Muhammedis Fil. Ketiri Ferganenſis*, qui vulgo *Alfraganus* dicitur. Cap. I. p. 1. ſq. Amſtelodami 1669. in 4.

وسنة اشهر ناقصة وتكون ايام السنة
ثلثماية واربعة وخمسين يوما بالحساب
المطلق وهو الجليل فاما في
التدقيق فان عدد هذه الايام للسنة
العربية تزيد في كل ثلثين سنة احد
عشر يوما فتكون حصة السنة الواحدة
من تلك خمسا وسدس يوما فتصير
ايام السنة بالحقيقة ثلثماية يوم
واربعة وخمسين يوما وخمس وسدس
يوم والسنة التي ينجبر فيها هذا
الكسر تكون شهورها سبعة تامة
وخمسة ناقصة *

وهذا العدد لايام الشهور هو
بالحساب المصحح من اجتماع الشمس
والقمر بمسيرهما الوسط فاما برؤية الهلال
فانه يختلف بزيادة او نقصان وهو
ان تكون شهورا متوالية تامة وشهورا
متوالية ناقصة ولا يتفق في كل وقت
ان

ان يكون اول الشهر بالحساب
وبالروية يوما واحدا الا انهما يتساويان
علي طول الزمان *

وايام العرب التي تعد بها الشهور
هي الايام السبعة التي اولها يوم الاحد
ابتداوه من عند مغيب الشمس في
يوم السبت واخره وقت غروبها في
يوم الاحد وكذلك ساير الايام، وانما
جعلت العرب ابتداء كل يوم بليلته من
وقت غروب الشمس من اجل انها تعد
ايام الشهر من وقت روية الهلال وروية
الهلال تكون عند غروب الشمس، فاما
عند الروم وغيرهم ممن لا يستعمل في
الشهور روية الاهلة فان النهار قبل
الليل وابتداء كل يوم بليلته من
وقت طلوع الشمس الي طلوعها من
الغد *

فاما

فاما شهور السريانيين فهي تشرين الاول وهو احد وثلثون يوما تشرين الثاني ثلثون يوما كانون الاول احد وثلثون يوما كانون الثاني احد وثلثون يوما شباط يعد ثلث سنين ثمنية وعشرين يوما وفي السنة الرابعة يعد تسعة وعشرون يوما وتسمي تلك السنة كبيسة بسبب زيادة هذا اليوم اذار احد وثلثون يوما نيسان ثلثون يوما ايار احد وثلثون يوما حزيران ثلثون يوما تموز احد وثلثون يوما اب احد وثلثون يوما ايلول ثلثون يوما فتكون السنة ثلثماية خمسة وستين يوما وربع يوم وتزيد في كل اربعة سنين يوما واحدا فتكون بالحقيقة ثلثمية وستة وستين يوم *

فاما شهور الروم فانها موافقة في عدد الايام لشهور السريانيين واول شهور

شهور السنة عندهم ينواريوس وهو
كانون الثاني شباط فبرواريوس اذار
مرطبوس نيسان ابريليس ايار مايوس
حزيران يونيوس تموز يوليوس اب
اغسطس ايلول سبطنبر تشرين الاول
اقطوبر تشرين الاخر نونبر كانون الاول
دقنبر *

واما شهور الفرس فهي فروردين
ماه اول يوم منه النوروز اردبهشت
ماه خرداد ماه تير ماه مرداد ماه
شهرير ماه مهر ماه اليوم السادس
عشر منه المهرجان ابان ماه اليوم
السادس والعشرون منه اول الايام
العشرة التي تسمى الفروردیجان خمسة
منها تمام ابان ماه وخمسة لا تعد
في الشهور تسمى الاندرجاهات اذرماه
اول يوم منه ركوب الكوسج
دي ماه بهمن ماه اسفندارمذ ماه
وعدد

وعدد كل شهر منها ثلثون ويلحق
بين ابان ماه وانر ماه خمسة ايام
لا تعد في الشهور فتكون ايام السنة
ثلثماية وخمسة وستين يوما *

وتسمي الفرس ايام الشهور بهذه
الاسماء وهي هرمز بهمن اردبهشت شهرير
اسفندارمذ خرداد مرداد ديبادر اذر
ابان خور ماه تير جوش ديبمهر
مهر سروش رش فروردين بهرام رام
باد ديبدين دين ارد اشتاد اسمان
زامياد مارسفند انيران وتسمي ايام
الاندرجاهات اهند خاه اشند خاه
اسفندمذ جاه اخشتر جاه وهشت
وشت جاه *

واما شهور القبط فهي توت
فاوفي هتور كيواني طوني ماخير
فامينوت فرموت باخون باوني افيوفي
ماسوري

ماسوري وبعدها خمسة ايام زايدة تسمي اللواحق وهي بالقبطية ابوغمنا، وعدة ايام كل شهر منها ثلثون فتكون ايام السنة ثلثماية وخمسة وستين يوما كعدة ايام سنة الفرس *

وقد كانت هذه الشهور فيما مضي يوافق اوايلها اوايل شهور الفرس فكان اول توت هو اول دي ماه ثم كل شهر مع نظيره الي ان يكون اخر سنة القبط اخر اذر ماه وكذلك هو في الزيجات التي وضع عليها الحساب الي هذا الزمان، فاما شهور القبط التي يستعملها اهل مصر في زماننا فعلي خلاف هذا لانهم زادوا في ايام السنة ربع يوم علي مذهب الروم والسريانيين فصارت شهورهم مخالفة لشهور الفرس موافقة لشهور السريانيين

السريانيين والروم في جملة عدة أيام السنة واول يوم من السنة عندهم هو اليوم التاسع والعشرون من اب *

التواريخ

تاريخ العرب من اول السنة التي هاجر فيها النبي صلي الله عليه وسلم من مكة الي المدينة وكان اولها يوم الخميس *

تاريخ الفرس من اول السنة التي ملك فيها يزدجرد بن شهريار بن كسري وكان اولها يوم الثلثاء *

تاريخ الروم والسريانيين من اول سني الاسكندر وكان اولها يوم الاثنين والاسكندر هو ذو القرنين *

تاريخ القبط في كتاب المجسطي من اول السنة التي ملك بختنصر وكان اولها يوم الاربعاء، واما تاريخ القبط

القبط في زيج بطليموس فمن اول
سني فيلبغوس وكان اولها يوم الاحد *

والذي بين تاريخ بختنصر
وتاريخ يزدجرد الف وثلثماية وتسع
وسبعين سنة فارسية وثلثة اشهر *

والذي بين تاريخ فيلبغوس
وتاريخ يزدجرد تسع ماية وخمس
وخمسون سنة وثلثة اشهر *

وبين تاريخ الاسكندر وتاريخ
يزدجرد تسع ماية واثنان واربعون
سنة من سني الروم ومايتان وتسعة
وخمسون يوما * وبين تاريخ الهجرة
وتاريخ يزدجرد من الايام ثلثة الف
وستماية واربعة وعشرون يوما *

فاول هذه التواريخ بختنصر
ثم تاريخ فيلبغوس ثم تاريخ
الاسكندر

الاسكندر ثم تاريخ الهجرة ثم
تاريخ يزدجرد*

Arabes et Barbari numerant menſes anni duodecim. Arabvm quidem menſes hi ſunt, *1 Muharram; 2 Safer; 3 Rabîa prior; 4 Rabîa poſterior; 5 Giumâda pior; 6 Giumâda poſterior; 7 Regeb; 8 Xabân; 9 Ramedân;* 10 *Xavâl; 11 Dulcâda;* 12 *Dulhâgia.* Qui menſes conſtant alternatim diebus tricenis, et vndetricenis. ita vt ex iisdem menſibus ſex integri ſiue pleni ſint; ſex reliqui mutili ſiue caui: annuſque dies obtineat cccliv, iuxta calculum abſolutum ſiue rotundum; qui et vulgatior. Sed iuxta ſubtilius ratiocinium, haec anni Arabici quantitas, per tricenos annos, excreſcit diebus vndecim: de quibus anno cuique cedit portio $\frac{1}{5}$ et $\frac{1}{6}$ diei. Atque ita annus praeciſe habet dies cccliv, cum $\frac{1}{5}$ et $\frac{1}{6}$ diei vnius: et annus ille, quo haec fractio, ſeu hae partes diem integrum conſtituunt, menſes ſibi vindicat ſeptem plenos, et quinque cauos.

Hic autem numerus diebus menſium congruit, ſubductâ ratione ad Solis et Lunae congreſſum, juxta medium utriuſque motum. Sed numerus à primo naſcentis Lunae ſplendore initus, exceſſu vel defectu variat, quo minùs

minùs consequentes menses alternis sint pleni et caui. Non enim semper contingit, initium mensis, ratione et calculi et primae phaseos, incidere in eundem diem: neq; hoc fit, nisi tractu temporis ambo inter se aequentur.

Dies Arabum, quibus dinumerantur menses, sunt dies septem: quorum primus est dies Solis. initium capiens ab occasu Solis die Sabbati; finem verò ab ejusdem occasu, die Solis. Quo modo etiam reliqui sese dies habent. Auspicantur enim Arabes diem quemque cum sua nocte, id est civilem, ab eo momento, quo Sol occidit: propterea quòd dies cujusque mensis apud illos ineunt à prima Lunae visione; ea autem contingit circa occasum Solis. Sed apud Romanos, et alios, qui non instituunt suos menses ad Lunae phasim, dies nocti praemittitur, et dies quisque civilis incipit ab exortu Solis, et ad exortum ejus sequentem finitur.

Menses verò SYRORUM sunt, 1 *Tixryn prior*, constans diebus XXXI. 2 *Tixryn posterior*, dierum XXX. 3 *Canon prior*, dierum XXXI. 4 *Canon posterior*, dierum itidem XXXI. 5 *Xubât*, habens tribus annis dies XXVIII; at quarto anno dies XXIX: qui annus, ob diei hujus auctarium, embolimaeus seu intercalaris dicitur. 6 *Adâr*, continens dies XXXI. 7 *Nisân*, dies XXX. 8 *Eijar*, dies XXXI.

9 *Hazirân*, dies xxx. 10 *Tamûz*, dies xxxi. 11 *Ab*, dies xxxi. 12 *Eilûl*, dies xxx. Itaque anni dies colliguntur ccclxv; quartusque annus, vno auctus die, praecisè complectitur dies ccclxvi.

Menses Romanorvm numero dierum conueniunt cum mensibus Syrorum. Et quidem primus illorum mensis *Ianuarius*, est horum Canon posterior; ita conueniunt, 2 *Februarius*, et Xubât; 3 *Martius*, et Adâr; 4 *Aprilis*, et Nisan; 5 *Maius*, et Eijâr; 6 *Iunius*, et Hazirân; 7 *Iulius*, et Tamûz; 8 *Augustus*, et Ab; 9 *September*, et Eilûl; 10 *October*, et Tixryn prior; 11 *Nouember*, et Tixryn posterior; 12 *December*, et Canon prior.

Menses Persarvm hi sunt, 1 *Fervardynma;* cuius prima dies Nevrûz dicitur. 2 *Ardabehishtma;* 3 *Chordâdma;* 4 *Tyrma;* 5 *Mordâdma;* 6 *Xahryrma;* 7 *Mihrma;* huius dies xvi Mihrgiân dicitur. 8 *Abânma;* cuius dies xxvi primus est illorum decem, qui vocantur Fervardigiân: ex iis quinque complent mensem; quinque reliqui adiiciuntur extra mensium ordinem, dicti Andergiahât. 9 *Adurma;* cuius primus dies celebratur equitatu Kevsegis. 10 *Deima;* 11 *Bahmenma;* 12 *Asfendarmedma.* Et quidem singulorum mensium dies sunt numero triginta. Sed inter *Abânma* et *Adurma*

ma inferuntur dies quinque: ita vt conflentur anni dies CCCLXV.

Singulorum autem mensium diebus haec indita fuere à Persis nomina, *1 Hormûz; 2 Bahmen; 3 Ardabehisht; 4 Xahryr; 5 Asfendarmed; 6 Chordâd; 7 Mordâd; 8 Deibadur; 9 Adur; 10 Abân; 11 Chaur; 12 Mâ; 13 Tyr; 14 Giûs; 15 Deibamihr; 16 Mihr; 17 Surûsh; 18 Resh; 19 Fervardyn; 20 Bahrâm; 21 Ram; 22 Bâd; 23 Deibadyn; 24 Dyn; 25 Ard; 26 Ixtâd; 27 Asmân; 28 Zamiâd; 29 Marasfend; 30 Anirân.* Dies verò ANDERGIAHAT, seu appendices ita vocantur: *1 Ahnûdgia; 2 Axnudgia; 3 Asfendmedgia; 4 Ochxutergia; 5 Vaheshtgia.*

Menses Denique AEGYPTIORVM hi sunt: *1 Thoth; 2 Paophi; 3 Athyr; 4 Choiac; 5 Tybi; 6 Mechir; 7 Phamenoth; 8 Pharmuthi; 9 Pachon; 10 Payni; 11 Epiphi; 12 Mesori.* Hisce adiiciuntur quinque dies residui, dicti appendices, et Aegyptiis epagomenae. menses enim singuli constant XXX diebus: annus autem comprehendit dies CCCLXV; totidem, quot habet annus Persarum.

Olim quidem principia horum mensium respondebant initiis mensium Persicorum: ita vt principium mensis *Thoth* idem esset cum initio mensis *Deima;* et porrò mensis quiuis alter cum altero: donec anni Aegyptiaci finis conueniret cum fine mensis

Adur. quod etiam obtinet in tabulis, ad tempus illud constructis. At verò menses Aegyptiaci, qui apud Aegyptios hodie in vsu sunt, aliter procedunt; illi enim, imitati Romanos ac Syros, magnitudinem anni augent diei quadrante. Quamobrem etiam illorum menses Persicis dissimiles sunt: at Romanis atque Syriacis congruunt, in explendo dierum anni numero. Primus autem apud eos anni dies, respondet diei XXIX mensis Ab.

Aerae, siue *Epochae.*

AERA Arabum ducitur à principio eius anni, quo Muhammed, relicta Meccà, commigrauit Medînam: eratque istius anni initium feria quinta.

Aera Persarum petitur ab initio illius anni, quo imperare coepit Iezdegirdus, fil. Sjahriâri fil. Cosrae; eratque istius anni principium feria tertia.

Romani, et Syri, aeram deducunt ab initio annorum Alexandri, dicti bicornis; qui quidem dies fuit feria secunda.

Aegyptiorum epocha, vsurpata in magno Ptolemaei opere, subducitur à principio eius anni, quo regnare coepit Nabonassarus: quod incidebat in feriam quartam, at verò aera Aegyptiaca, in Ptolemaei tabulis expressa

expressa, procedit ab initio annorum Philippi: qui dies fuit feria prima.


Interuallum inter epocham Nabonassari, et epocham Iezdegirdi, constat annis Persicis 1379, et 3. mensibus.

Epocha Philippi distat ab epocha Iezdegirdi annis 955, et 3 mensibus.

Inter epocham verò Alexandrinam et Iesdegirdicam, sunt anni Romani 942, et 259. dies.

Denique epocha Alhigrae, id est, migrationis Muhammedicae, ab eadem Iezdegirdis epocha differt diebus 3624.

Harum epocharum omnium prima est epocha Nabonassari; secunda Philippi; tertia Alexandrina; quarta Alhigrae; vltima Iezdegirdica.



CLASSIS III. POETICA.

SPECIMEN I.

Carmen Thograi sistens.

قصيدة أبي إسمعيل الطغرائي

المعروفة بلامية العجم*

1 إِصَالَةُ ٱلرَّأْيِ صَانَتْنِي عَنِ ٱلْخَطَلِ
وَحِلْيَةُ ٱلْفَضْلِ زَانَتْنِي لَدَى ٱلْعَطَلِ *

2 مَجْدِي أَخِيرًا وَمَجْدِي أَوَّلاً شَرَعٌ
وَٱلشَّمْسُ رَأْدَ ٱلضُّحَى كَٱلشَّمْسِ فِي ٱلطَّفَلِ *

3 فِيمَ ٱلْإِقَامَةُ بِٱلزَّوْرَآءِ لَا سَكَنِي
بِهَا وَلَا نَاقَتِي فِيهَا وَلَا جَمَلِي *

4 نَآءٍ عَنِ ٱلْأَهْلِ صِفْرُ ٱلْكَفِّ مُنْفَرِدٌ
كَالسَّيْفِ عُرِّيَ مَتْنَاهُ مِنَ ٱلْخَلَلِ *

5 فَلَا صَدِيقَ إِلَيْهِ مُشْتَكَى حَزَنِي
وَلَا أَنِيسَ إِلَيْهِ مُنْتَهَى جَذَلِي *

6 طَالَ ٱغْتِرَابِيَ حَتَّى حَنَّ رَاحِلَتِي
وَرَحْلُهَا وَقَرَى ٱلْعَسَّالَةِ ٱلذُّبُلِ *

7 وَضَجَّ

7 وَضَجَّ مِنْ لَغَبٍ نِضْوِي وَعَجَّ لِمَا
أَلْقَي رِكَابِي وَلَجَّ ٱلرَّكْبُ فِي عَذَلِي *

8 أُرِيدُ بَسْطَةَ كَفٍّ أَسْتَعِينُ بِهَا
عَلَي قَضَآءِ حُقُوقٍ لِلْعُلَي قِبَلِي *

9 وَٱلدَّهْرُ يُعْكِسُ آمَالِي وَيُقْنِعُنِي
مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بَعْدَ ٱلْكَدِّ بِٱلْقَفَلِ *

10 وَذِي شَطَاطٍ كَصَدْرِ ٱلرُّمْحِ مُعْتَقِلٍ
بِمِثْلِهِ غَيْرِ هَيَّابٍ وَلَا وَكِلِ *

11 حُلْوِ ٱلْفُكَاهَةِ مُرِّ ٱلْجِدِّ قَدْ مُزِجَتْ
بِشِدَّةِ ٱلْبَأْسِ مِنْهُ رِقَّةُ ٱلْغَزَلِ *

12 طَرَدْتُ سَرْحَ ٱلْكَرَي عَنْ وِرْدِ مُقْلَتِهِ
وَٱللَّيْلُ أَغْرَي سَوَامَ ٱلنَّوْمِ بِٱلْمُقَلِ *

13 وَٱلرَّكْبُ مِيلٌ عَلَي ٱلْأَكْوَارِ مِنْ طَرَبٍ
صَاحٍ وَآخَرَ مِنْ خَمْرِ ٱلْكَرَي ثَمِلِ *

14 فَقُلْتُ أَدْعُوكَ لِلْجُلَّي لِتَنْصُرَنِي
وَأَنْتَ تَخْذُلُنِي فِي ٱلْحَادِثِ ٱلْجَلَلِ *

15 تَنَامُ عَنِّي وَعَيْنُ ٱلنَّجْمِ سَاهِرَةٌ
وَتَسْتَحِيلُ وَصِبْغُ ٱللَّيْلِ لَمْ يَحُلِ *

16 فَهَلْ تُعِينُ عَلَي غَيٍّ هَمَمْتُ بِهِ
وَٱلْغَيُّ يَزْجُرُ أَحْيَانًا عَنِ ٱلْفَشَلِ *

17 إِنِّي أُرِيدُ طُرُوقَ ٱلْحَيِّ مِنْ إِضَمٍ
وَقَدْ حَمَاهُ رُمَاةُ ٱلْحَيِّ مِنْ ثُعَلِ *

18 يَحْمُونَ بِٱلْبِيضِ وَٱلسُّمْرِ ٱللِّدَانِ بِهِ
سُودَ ٱلْغَدَايِرِ حُمْرَ ٱلْحَلْيِ وَٱلْحُلَلِ *

19 فَسِرْ بِنَا فِي نِمَامِ ٱللَّيْلِ مُعْتَسِفًا
وَنَفْحَةُ ٱلطِّيبِ تَهْدِينَا إِلَي ٱلْحِلَلِ *

20 فَٱلْحُبُّ حَيْثُ ٱلْعِدَي وَٱلْأُسْدُ رَابِضَةٌ
حَوْلَ ٱلْكِنَاسِ لَهَا غَابٌ مِنَ ٱلْأَسَلِ *

21 نَؤُمُّ نَاشِئَةً بِٱلْجِزْعِ قَدْ سُقِيَتْ
نِصَالُهَا بِمِيَاهِ ٱلْغُنْجِ وَٱلْكَحَلِ *

22 قَدْ زَادَ طِيبَ أَحَادِيثِ ٱلْكِرَامِ بِهَا
مَا بِٱلْكَرَايِمِ مِنْ جُبْنٍ وَمِنْ بُخُلِ *

23 تَبِيتُ نَارُ ٱلْهَوَي مِنْهُنَّ فِي كَبِدٍ
حَرَّي وَنَارُ ٱلْقِرَي مِنْهُمْ عَلَي ٱلْقُلَلِ *

24 يَقْتُلْنَ أَنْضَاءَ حُبٍّ لَا حَرَاكَ بِهِمْ
وَيَنْحَرُونَ كِرَامَ ٱلْخَيْلِ وَٱلْإِبِلِ *

25 يُشْفَى لَدِيغُ ٱلْعَوَالِي فِي بُيُوتِهِمِ
بِنَهْلَةٍ مِنْ غَدِيرِ ٱلْخَمْرِ وَٱلْعَسَلِ *
26 لَعَلَّ إِلْمَامَةً بِٱلْجِزْعِ ثَانِيَةً
يَدِبُّ مِنْهَا نَسِيمُ ٱلْبُرْءِ فِي عِلَلِي *
27 لَا أَكْرَهُ ٱلطَّعْنَةَ ٱلنَّجْلَاءَ قَدْ شُفِعَتْ
بِرَشْقَةٍ مِنْ نِبَالِ ٱلْأَعْيُنِ ٱلنُّجْلِ *
28 وَلَا أَهَابُ ٱلصِّفَاحَ ٱلْبِيضَ تُسْعِدُنِي
بِٱللَّمْحِ مِنْ خَلَلِ ٱلْأَسْتَارِ وَٱلْكِلَلِ *
29 وَلَا أُخِلُّ بِغِزْلَانٍ أُغَازِلُهَا
وَلَوْ دَهَتْنِي أُسُودُ ٱلْغِيلِ بِٱلْغِيَلِ *
30 حُبُّ ٱلسَّلَامَةِ يَثْنِي عَزْمَ صَاحِبِهِ
عَنِ ٱلْمَعَالِي وَيُغْرِي ٱلْمَرْءَ بِٱلْكَسَلِ *

31

31 فَإِنْ جَنَحْتَ إِلَيْهَا فَاتَّخِذْ نَفَقًا

فِي ٱلْأَرْضِ أَوْ سُلَّمًا فِي ٱلْجَوِّ فَاعْتَزِلِ *

32 وَدَعْ غِمَارَ ٱلْعُلَى لِلْمُقْدِمِينَ عَلَى

رُكُوبِهَا وَٱقْتَنِعْ مِنْهُنَّ بِٱلْبَلَلِ *

33 رِضَا ٱلذَّلِيلِ بِخَفْضِ ٱلْعَيْشِ مَسْكَنَةٌ

وَٱلْعِزُّ عِنْدَ رَسِيمِ ٱلْأَيْنُقِ ٱلذُّلُلِ *

34 فَٱدْرَأْ بِهَا فِي نُحُورِ ٱلْبِيدِ جَافِلَةً

مُعَارِضَاتٍ مَثَانِي ٱللُّجْمِ بِٱلْجُدُلِ *

35 إِنَّ ٱلْعُلَى حَدَّثَتْنِي وَهْيَ صَادِقَةٌ

فِيمَا تُحَدِّثُ أَنَّ ٱلْعِزَّ فِي ٱلنُّقَلِ *

36 لَوْ أَنَّ فِي شَرَفِ ٱلْمَأْوَى بُلُوغَ مُنًى

لَمْ تَبْرَحِ ٱلشَّمْسُ يَوْمًا دَارَةَ ٱلْحَمَلِ *

37

37 أَهَبْتُ بِٱلْحَظِّ لَوْ نَادَيْتُ مُسْتَمِعًا
وَٱلْحَظُّ عَنِّيَ بِٱلْجُهَّالِ فِي شَغَلِ *

38 لَعَلَّ إِنْ قَدْ بَدَا فَضْلِي وَنَقْصُهُمْ
لِعَيْنِهِ نَامَ عَنْهُمْ أَوْ تَنَبَّهَ لِي *

39 أُعَلِّلُ ٱلنَّفْسَ بِٱلْآمَالِ أَرْقُبُهَا
مَا أَضْيَقَ ٱلْعَيْشَ لَوْ لَا فُسْحَةُ ٱلْأَمَلِ *

40 لَمْ أَرْتَضِ ٱلْعَيْشَ وَٱلْأَيَّامُ مُقْبِلَةٌ
فَكَيْفَ أَرْضَى وَقَدْ وَلَّتْ عَلَى ٱلْعَجَلِ *

41 غَالَى بِنَفْسِيَ عِرْفَانِي بِقِيمَتِهَا
فَصُنْتُهَا عَنْ رَخِيصِ ٱلْقَدْرِ مُبْتَذَلِ *

42 وَعَادَةُ ٱلنَّصْلِ أَنْ يُزْهَى بِجَوْهَرِهِ
وَلَيْسَ يَعْمَلُ إِلَّا فِي يَدَيْ بَطَلِ *

43 مَا كُنْتُ أُوثِرُ أَنْ يَمْتَدَّ بِي زَمَنِي

حَتَّى أَرَى دَوْلَةَ ٱلْأَوْغَادِ وَٱلسِّفَلِ *

44 تَقَدَّمَتْنِي أُنَاسٌ كَانَ شَوْطُهُمُ

وَرَآءَ خَطْوِيَ إِنْ أَمْشِي عَلَى مَهَلِ *

45 هَـٰذَا جَزَآءُ ٱمْرِئٍ أَقْرَانُهُ دَرَجُوا

مِنْ قَبْلِهِ فَتَمَنَّى فُسْحَةَ ٱلْأَجَلِ *

46 وَإِنْ عَلَانِيَ مَنْ دُونِي فَلَا عَجَبٌ

لِي إِسْوَةٌ بِٱنْحِطَاطِ ٱلشَّمْسِ عَنْ زُحَلِ *

47 فَٱصْبِرْ لَهَا غَيْرَ مُحْتَالٍ وَلَا ضَجِرٍ

فِي حَادِثِ ٱلدَّهْرِ مَا يُغْنِي عَنِ ٱلْحِيَلِ *

48 أَعْدَى عَدُوِّكَ أَدْنَى مَنْ وَثِقْتَ بِهِ

فَحَاذِرِ ٱلنَّاسَ وَٱصْحَبْهُمْ عَلَى دَخَلِ *

49 وَإِنَّمَا رَجُلُ ٱلدُّنْيَا وَوَاحِدُهَا
مَنْ لَا يُعَوِّلُ فِي ٱلدُّنْيَا عَلَى رَجُلِ *

50 وَحُسْنُ ظَنِّكَ بِٱلْأَيَّامِ مَعْجَزَةٌ
فَظُنَّ شَرًّا وَكُنْ مِنْهَا عَلَى وَجَلِ *

51 غَاضَ ٱلْوَفَاءُ وَفَاضَ ٱلْغَدْرُ وَٱنْفَرَجَتْ
مَسَافَةُ ٱلْخُلْفِ بَيْنَ ٱلْقَوْلِ وَٱلْعَمَلِ *

52 وَشَانَ صِدْقَكَ عِنْدَ ٱلنَّاسِ كِذْبُهُمُ
وَهَلْ يُطَابِقُ مُعْوَجٌّ بِمُعْتَدِلِ *

53 إِنْ كَانَ يَنْجَعُ شَيْءٌ فِي ثَبَاتِهِمِ
عَلَى ٱلْعُهُودِ فَسَبْقُ ٱلسَّيْفِ لِلْعَذَلِ *

54 يَا وَارِدًا سُؤْرَ عَيْشٍ كُلُّهُ كَدَرٌ
أَنْفَقْتَ صَفْوَكَ فِي أَيَّامِكَ ٱلْأُوَلِ *

55

٢٥ فِيمَ ٱقْتِحَامُكَ لُجَّ ٱلْبَحْرِ تَرْكَبُهُ
وَأَنْتَ يَكْفِيكَ مِنْهُ مَصَّةُ ٱلْوَشَلِ *
٢٦ مُلْكُ ٱلْقَنَاعَةِ لَا يُخْشَى عَلَيْهِ وَلَا
يُحْتَاجُ فِيهِ إِلَى ٱلْأَنْصَارِ وَٱلْخَوَلِ *
٢٧ تَرْجُو ٱلْبَقَآءَ بِدَارٍ لَا ثَبَاتَ لَهَا
فَهَلْ سَمِعْتَ بِظِلٍّ غَيْرِ مُنْتَقِلِ *
٢٨ وَيَا خَبِيرًا عَلَى ٱلْأَسْرَارِ مُطَّلِعًا
أُصْمُتْ فَفِي ٱلصَّمْتِ مَنْجَاةٌ مِنَ ٱلزَّلَلِ *
٢٩ قَدْ رَشَّحُوكَ لِأَمْرٍ إِنْ فَطَنْتَ لَهُ
فَٱرْبَأْ بِنَفْسِكَ أَنْ تَرْعَى مَعَ ٱلْهَمَلِ *

Carmen Abu-Ismaelis Tograi, cui titulus Lamiato'l - Ajam.

1. Generositas animi custodiuit me à futilitate.

Et ornamentum praestantiae ornauit me, cum abessent *alia* ornamenta.

2. Gloria mea in fine, et gloria mea in principio aequalis est.

Et Sol prope meridiem est instar Solis ad occasum vergentis.

3. Cur maneam Zaurae [*Bagdadi,*] (non est habitaculum meum

In ea, neque camela mea, nec camelus meus.)

4. Remotus à meis, inops, solitarius;

Instar gladii cuius latera nudata sunt tegumentis?

5. Nec *est ibi mihi* amicus ad quem deferatur querela doloris mei:

Neque sodalis, ad quem pertingat gaudium meum.

6. Prolongata est peregrinatio mea, donec ingemiscat camela mea,

Et sella eius, et cuspides hastarum tremularum, tenuium:

7. Et vociferetur prae lassitudine camelus meus macilentus, et exclamet ob illud quod

Patior iumentum meum, et multum reprehendant me comites.

8. Cupiui diuitias, quarum ope possem

Persoluere debita celsitudini *quae* apud me *sunt:*

9 At Tempus inuertit spes meas et fecit vt contentus sim,

Loco praedae post laborem, reditu.

10. For-

10. Fortè *aderat quiſpiam* ſtaturâ procerus ad inſtar haſtae, inter crus et ſtapedem gerens

Sibi ſimilem, haud timidus neque imbellis,

11. Dulcis ioco, ſeuerus in ſeriis, mixtâ

Cum aſperitate fortitudinis ipſius mollitie luſus.

12. Arcui gregem ſomni ab acceſſu ad oculum eius,

Cùm nox immitteret greges ſomni in oculos.

13. Comites autem inclinabant ſe in ſellis, *alius* ex commoto

Sobrius factus, alius vero prae vino ſomnolentiae *adhuc* ebrius.

14. Tum *ei* dixi, Num voco te ad rem magnam, vt me adiuues,

Tu tamen me deſtituis in caſu difficili?

15. Dormis me neglecto, cùm oculus ſtellae vigilet:

Et *tu* mutaris, colore noctis non mutato?

16. Numquid iuuabis contra errorem in quo lubens ſum?

Error enim cohibet aliquando à metu.

17. Ego ſiquidem cupio noctu accedere ad coetum circa Edamum *montem degentium*:

Atqui prohibent ab acceſſu ad eum ſagittarii familiae Thoalitarum.

18. Tuentur gladiis et haſtis lentis *illas quae ſunt* in eo

Nigras cincinnis, rubras ornamentis et ſtolis.

19. Eas ergo nobiſcum ſub praeſidio noctis temerè oberrans:

Fragrantia enim odoramentorum diriget nos ad tentoria.

20. Atqui amica *mea eſt* vbi *ſunt* inimici et Leones cubantes,

Circum latibula capreolarum, quibus eſt ſylua ex haſtis.

21. Petimus educatam in receſſu vallis, cuius irrigatae ſunt

Cuſpides aquis joci et nigredinis ciliorum.

22. Vtique auxit ſuauitatem ſermonum *virorum* generoſorum in ea

Quod eſt in generoſis *foeminis* metus et parſimoniae.

23. Pernoctat ignis amoris ab his *accenſus* in jecore

Sitibundo, at ignis hoſpitalitatis ab illis in collibus.

24. Occidunt hae emaciatos amore, quibus non ineſt motus;

Et iugulant illi generoſos equos et camelos.

25. Sanatur ictus haſtis in domibus eorum

Hauſtu vno e ſtagno vini et mellis.

26. Fortaſſis ſi diuerſer in receſſu vallis ſecundo,

Subrepet (*proueniet*) ex eo aura ſanitatis morbis meis.

27. Non

27. Non renuo vulnus amplum quod duplicatur

Iaculatione à ſagittis oculorum amplorum.

28. Neque timeo gladios latos coruſcantes, qui me beatum reddant,

Leui intuitu è rima velorum et conopaeorum.

29. Neque deſeram capreolas quibuſcum confabuler,

Etiamſi adorti me fuerint Leones ſyluae inſidiis.

30. Amor incolumitatis auertit intentionem habentis eum

Ab excelſis, et aſſuefacit virum deſidiae.

31. Quod ſi ad eam inclinaueris, pares tibi ſpecum

In terra, aut ſcalam in aere, et ſubduc te *ab hominum conſortio:*

32. Et mitte ardua celſitudinis illis qui audent

Ea aggredi, tu autem contentus ſis eorum vice leui aliqua aſperſione.

33. Complacentia abiecti in humili vitae ſtatu paupertas *eſt:*

At gloria *eſt* in greſſu citato camelorum obſequacium.

34. Coniice te ergo cum illis in intima deſertorum, dum properant

Aequantes habenas fraenorum *quae equis ſunt* capiſtris *ſuis.*

35. Siquidem Celſitudo narrauit mihi, eſtque ea verax.

In illo quod narrat, gloriam eſſe in tranſmigrationibus.

36. Quodſi in celſitudine manſionis *eſſet* conſecutio votorum,

Non deſereret Sol vnquam manſionem Arietis.

37. Inclamaui Fortunam; (ſi vocaſſem qui aurem aduertere vellet --)

At fortuna à me *auerſa* circa fatuos *erat* occupata.

38. Forſan ſi perſpecta eſſet praeſtantia mea et vilitas eorum

Oculo eius, obdormiret illis aut euigilaret mihi.

39. Mulceo animam meam ſpe quam expecto:

Quam anguſta *foret* vita, niſi *eſſet* latitudo ſpei!

40. Non placuit mihi vita, cum dies accederent, *ſecundi eſſent:*

Quomodo ergo placeat, cùm recedant feſtinanter?

41. Magno aeſtimat animam meam cognitio mea valoris eius;

Cuſtodiui ergo eam ab eo qui vilis pretii eſt, ſui negligens.

42. Mos quidem gladii eſt vt fulgeat nitore ſuo;

At

At non praestat quicquam nisi in manibus fortis.

43. Non optassem vt protraheretur mihi tempus meum,

Donec viderem imperium vilium et infimorum.

44. Anteiuerunt me homines quorum cursus erat

Post gressum meum cum incederem lento passu.

45. Haec est remuneratio viri, cuius socii mortui sunt

Ante eum, cum optauerit *ille* amplius vitae spatium.

46. Quod si me superet qui infra me *est*, non est mirum;

Mihi exemplum est in eo quod inferior sit Sol Saturno.

47. Sustine ergo ea nullis vtens artibus, neque impatienter te gerens:

In accidentibus temporis *est* quod efficiet quo minus indigeas commentis.

48. Infestissimus inimicorum tuorum proximus *est*, cui confisus es:

Caue ergo ab hominibus, et versare cum illis astutè.

49. Siquidem Vir mundi et Vnicus eius *est*,

Qui non confidit in mundo cuiquam.

50. Bonitas autem opinionis tuae de tempore, imbecillitas est:

Opinare ergo malum, et eſto ab eo in timore.

51. Defecit fides, et abundauit dolus; et aperta eſt

Diſtantia contrarietatis inter dictum et factum.

52. Dedecorat autem veritatem tuam apud homines mendacium eorum.

Et numquid conueniat curuum cum recto?

53. Si profit quicquam ad hoc vt firmi maneant

In promiſſis, certè *hoc eſt* vt praeueniat gladius reprehenſionem.

54. Heus qui petis reliquias vitae, cuius totum turbidum eſt;

Conſumpſiſti quicquid ſinceri tibi fuit in diebus tuis primis.

55. Quare praecipitem te das in profundo maris, vt in eo nauiges,

Cùm tibi ſufficiat de eo ſorbitio aquae paucae?

56. Regnum *αὐταρκείας eſt* de quo non timetur, neque

Opus eſt in eo adiutoribus et aſſeclis.

57. Speras durationem in domo cui non eſt ſtabilitas:

Annon audiuiſti de Vmbra quae non tranſeat?

58. Et ô perite, qui ſecreta perſpecta habes,

Sile;

Sile; siquidem in silentio *est* effugium à lapsu.

59. Destinârunt te rei, si eam intellexeris,
Caue tibi, ne pascaris cum camelis, quibus nemo est qui eos curet.

ADNOTATIONES.

Carmen hoc Thograí pro vno praestantissimorum carminum arabicorum ab eruditis habetur, ideoque auctores plures de eiusdem editione fuerunt solliciti. Primus istorum fuit IAC. GOLIVS qui carmen nostrum arabice cum paucis aliis rebus minoribus emisit in lucem 1629. in 8. Lugd. Batau. Deinde PETRVS VATIER Gallus curauit Lutet. Parisiorum 1660. in 8. versionem gallicam s. t. L'elegie du Tograi, avec quelques Sentences tirees des poëtes Arabes, qui in hoc titulo vocatur Docteur en Medicine et Secretaire Interprete du Roy en Langue Arabique. Anno 1661 carmen idem cum versione latina et notis *Eduardi Pocockii* itemque indice triplici edidit *Samuel Clericus* Oxonii in 8. plag. 25. s. t. لامية العجم *Lamiato 'lAjam, Carmen Tograi, poetae Arabis doctissimi; vna cum versione Latina, et notis praxin exhibentibus: operâ* EDVARDI POCOCKII *LL. Hebr. et Arab. Profess.* Porro carmen illud arabice cum versione latina Golii prodiit cura PETRI ANCHERSEN Dani 1708. Vltraj. quae editio est rarissima, quia plurima

exemplaria illius, dum ex Hollandia in Daniam mittebantur, perierunt aquâ. Et anno 1756. tandem celeb. REISKIUS versionem germanicam cum annotationibus quibusdam, publicauit Dresdae $4\frac{1}{2}$ plag. in 4. s. t. Thograis so genanntes Lamisches Gedichte aus dem Arabischen übersetzt nebst einem kurzen Entwurff der Arabischen Dichterey. Friedrichstadt, gedruckt bey C. H. Hagenmüller. In hac nostra editione textum arabicum et versionem latinam POCOCKII tibi L. B. exhibuimus.

أَبِي إِسْمَعِيلَ ٱلطُّغْرَائِيّ] Quia nomen أَبٌ *pater* hoc loco in genitiuo legitur, omnino scribendum est أَبِي إِسْمَعِيلَ *Abi-Ismael*, in nominatiuo autem أَبُو إِسْمَعِيلَ *Abu-Ismael* s. pater Ismaelis legitur §. 34. obs. 1. Quod efficit cognomen Poëtae nostri, vti solemne est Arabibus homines cognominibus potius a parentum vel liberorum nomine compositis, quam nominibus propriis appellare, idque honoris causa. Nomen eius الحسين *Al-Hosain*, et patria illi *Espahan* Metropolis *Persiae* fuit. Vizieri seu Consiliarii munere functus est apud regem *Masudum* Ebn *Mohammed Seljukiensem* in vrbe *Mausal;* donec orto inter regem *Masudum* et fratrem suum *Mahmudum* diffi-

dissidio, commissoque praelio, captus est; et a regis *Mahmudi* Viziero morte multatus circa annum *Hegirae* 515, (i. e. A. C. 1121.) nullam aliam ob causam quam quod metuerent eum ob excellentes eius virtutes, quibus ad invidiam commoti sunt. Viri enim tum eruditione tum virtutibus insignis nomen illi tribuitur, et in Poësi atque eloquentia seculi sui Phoenix vocatur. Appellationem الطغرايي *Thograicus* sortitus est a munere vel peritia scribendi طغرا *Thogra* i. e. implexam istam et crassioris ductus scripturam, quae diplomatibus principum praemitti apud eos solet, nomina et titulos principum istorum continens. Inde طُغْرَاءِيٌّ *Thograejjon* qui talem scripturam exarat. conf. §. 30. II. ב, 1.

Vocabulum اَلْمَعْرُوفَةُ est participium Coniugat. I. in passiuo مَعْرُوفٌ *appellatus, notus,* a rad. عَرَفَ *cognouit, sciuit, decreuit,* feminini generis cum praefixo artic. اَلْ collat. §. 42. IV. §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 14. I.

Nomen لَامِيَّةٌ ex masculino لَامِيٌّ significat

ficat *poëma in Lam desinens*, quia deriuatur a لَامٌ *littera Lam*, tanquam possessiuum, ideoque significat illud *quod ad litteram Lam pertinet, seu litterâ Lam terminatur.* §. 30. II. ב, 1. et §. 32, 1. Iam additur articulus, vt proueniat أَللَّامِيَّةُ §. 38, 2. §. 11. II, 1. β. et obs. §. 35. II, 4. et praefixum بِ §. 50. II, 1. et obs. §. 33. B. I, 2.

§. 14. I. Et nomen sequens عَجَمٌ est nomen collect. significans *barbaros* vel *peregrinos*, quicunque non sunt Arabes, speciatim *Persas*; per cuius adiectionem poëma hoc nostrum *Lamiah Persarum* siue *Lamicum persicum* a celebri apud Arabes poëmate, a Poëta *Shaaphari* composito sub titulo *Lamiato 'lArab* seu *Arabum*, vel *Lamicum arabicum*, distinguitur, atque indicatur hoc ab homine *Persâ* profectum carmen nec elegantia, nec sententiarum frequentia et pondere, isti alteri cedere. Sicut vero Carmen nostrum in *Lam* siue *l* desinens vocatur *Lamicum*, ita quae in *Mim* siue *m* desinunt, *Mimica*, et quae in *Ta* siue *t* desinunt, *Taica* etct. cognominantur.

ad vers 1.

Vocabulum خَطَلٌ a Raphelengio vertitur *Vaniloquentia*, a Golio *oratio inhonesta*, *obscoena*, ab auctore Kamusii *sermo corruptus*, et *mul-*

multus, *turpiloquium* cum multiloquio coniunctum. Reiskius transfert: Die Gründlichkeit der Einsicht behütet mich für *dem Wanken*, das ist, für Fehltritten vnd Vergehungen, oder, wie es das *Raudh ol Achjari* auslegt, für unnützen Gewäsch, für thörichten Reden.

Praepositio لدى idem significat quod عند *apud,* et efficit particulam locum et tempus denotantem. conf. §. 86. I. Institut. A. L. Hinc verba vltima huius commatis *cum abessent alia ornamenta* sunt proprie: *apud absentiam ornamentorum externorum;* nam nomen عطل descendit a rad. عطل *ornamentis destitutus fuit, caruit*, speciatim *monilibus caruit* femina.

ad vers 2.

Reiskius vertit germanice: *Meine spätere Ehre ist meiner iüngern Ehre gleich*, et hanc addit notam: Die Vortheile der Iugend, die ich zugleich mit derselben vermisse, ersezt das Alter mit andern Vortheilen, die ihm eigen sind. Der Munterkeit und den Kräften der iüngern Iahre giebt die Reife des Verstandes in den spätern nichts nach.

ad

ad vers 3.

Cur maneam] Vocabulum إِقَامَةٌ *mansio*, seu τὸ *manere*, est a rad. قَامَ *stetit*, Infinitiuus coniug. IV. siue nomen verbale §. 30. II. א. β, 2. et obs. 1. §. 47. I, 1. cum articulo أَلْ §. 38, 2. §. 35. II, 4. §. 14. I.

Verba *neque camela mea nec camelus meus est in illa* sunt prouerbialis loquendi modus, quo innuitur apud Arabes, alicui nihil esse cum re vel negotio aliquo, vel ab illo hoc penitus remotum cupiunt.

ad vers 4.

Remotus a meis] Nomen أَهْلٌ quod conuenit cum Hebr. אֹהֶל *tentorium*, significat *familiam*, *domesticos*, *propinquos*, *affeclas* alicuius, seu omnes *qui ei chari sunt*. Et duo sequentia vocabula *vacuus manu* describunt *pauperem* siue *inopem*.

Verbum singulare عُرِّبَ *nudatum est* cum nomine duali constructum infert nomini significationem distributiuam, *nudatum est quodlibet laterum eius* §. 80. II. Interpr. Danz. Et assimilat se Poëta Ensi nullo ornatu adscititio sed sua solum praestantia commendato.

ad

ad vers 6.

Vocabulum كُورٌ *fella camelina* significat etiam *mansionem*, speciatim *vbi quis in itinere subsistit*. Hinc Reiskius vertit illud germanice *Reisewiege* h. m. So lange bin ich in der Welt herum gestrichen, biss für Verdruss des unaufhörlichen Vmherlauffens meine Camelin, meine Reissewiege und der Schafft der schlanken schwankenden Lantzen zu girren angefangen; et hanc adiicit notam: „Oder Reisekorb, worinnen man in Morgenlande zu reisen pflegt. Ein Camel trägt zu beyden Seiten einen solchen Korb mit einem Menschen. Teixeira hat in seinem Viage de la India hasta Italia, das zu Antwerpen A. 1610. heraus kommen ist, diese Art von Fuhrwercke p. 129. umständlich beschrieben. Er nennt diese bedeckten Sitze Cunas, und ich habe den Nahmen beybehalten. Cuna es lo mismo que el nombre suena, de hasta quatro palmos y medio de largo, y dos y medio de ancho, cubierta con un arco y ahorrada, de suerte que puede vna persona hir dentro libre del frio y Vuvia. Pone se comomedia carga en un camello, contraponiendole otra *). Der Dichter fängt an seine

*) conf. etiam Beobachtungen über den Orient aus Reisebeschreibungen, zur Aufklärung der heiligen Schrift. Aus dem Englischen übersezt und mit Anmerkungen versehen von Iohann Ernst Faber. P. I. p. 417. sqq.

ne langwierigen und beschwerlichen Reisen zu beschreiben. Er legt seinem Camele, seinem Reisestuhle und seiner Lantze ein Girren bey; dem ersten, aus Vngedult und Schmerz, dem zweyten für Alter. Alte abgenuzte Stühle, deren Fugen sich aus einander gegeben locker geworden, knarren. Mit dem lezten zeigt der Dichter an, dass er seine Lanze auf seinen Reisen mit sich geführet habe, oder wohl bewaffnet gewest sey. Die Araber und Indianer gehn mit der Lanze, wie wir mit dem Degen. Sogar wenn sie auf den Marckt gehn, Brod einzukaufen, muss die Lanze sie begleiten. Das girren der Lanze ist das Geklappere, welches eine Lanze verursacht, die an etwas hartes, als in gegenwärtigem Falle, wider die hölzerne Reisewiege, anschlägt.

Vocabulum hoc أَلْقَى *veniam* est a rad. لقا siue لَقِيَ *inuenit*, *obuium habuit*, *vidit*, 1 pers. singul. commun. Futuri Coniug. I. §. 48. I, 2. et obs. 2. recteque vertitur: quod *patior*, vel quod *subeo laboris et difficultatis*.

Verbum لَجَّ significat *multus*, *amplus fuit*, *litigauit*, *importune* institit, ideoque tota propositio hic obuia: *multus fuit comitatus in reprehensione mei*, indicat, multum reprehenderunt me comites siue socii, quod nimirum itinera

nera itineribus superadderem, nouasque mihi molestias crearem, nec quieti opportunae indulgerem.

ad vers 8.

Verba priora proprie sunt: *cupiebam expansionem manus*, per quam recte intelliguntur *diuitiae*, quia diues, sicut scholiastes monet, manum suam erogandis pecuniis et sumptibus faciendis expandat, et quicunque eroget pecunias, manum suam expandat; ita vt vocetur liberalis erogatio *expansio* manus, retentio vero seu parsimonia *contractio*.

Vocabulum أَسْتَعِينُ *auxilium petam* est a rad. عان *mediae aetatis fuit*, III. et IV. opem tulit, auxiliatus fuit, X. *auxilium petiit*, *opem implorauit*, 1. perf. singul. commun. Futuri Coni. X. collat. §. 47. I, 1. Ideoque textus arabicus ad verba dicit: *Opem imploro per illam* manus expansionem, *ad solutionem debitorum celsitudini* siue nobilitati, quae *penes me* sunt. Et huius versus sensus est: Cupio diuitias, quibus adiutus possim persoluere celsitudini debita sua ad quae obstrictus sum, i. e. non ob sordidos, nescio quos, fines, quos sibi plerique in cumulandis sine modo diuitiis proponunt, sed vt ea praestare queam, quae animum vere nobilem et excellsum deceant.

ad vers 9.

In hoc commate alludit Poëta ad illud, quod ab *Amrio 'l-Kis* primo prolatum, frequens rerum ita cedentium euentus fecit vt in Proverbium abiret, scil. رضيت من الغنيمة بالاياب *contentus sum reditu pro praeda,* i. e. sufficit mihi, si loco praedae, cuius desiderio flagro, incolumi redire tantum liceat. Versus integer hic se habet:

وَقَدْ طَوَّفْتُ فِي ٱلْآفَاقِ حَتَّى

رَضِيتُ مِنَ ٱلْغَنِيمَةِ بِٱلْإِيَابِ

Circuiui regiones, donec non aliud iam lucrum desiderem, quam vt saluus redeam; non aliud tot laborum frustra susceptorum praemium exposco, satis incolumem rediisse.

ad vers 10.

Vocabulum ذُو *possessor, dominus,* eiusque genitiuus hoc loco obuius ذِي §. 34. obseruat. 2. cum nomine sequenti شَطَاط *recta atque iusta statura* constructum, describit *procerum* siue *longa statura praeditum* §. 67. Et vocabulum مُعْتَقَلٌ, quod est participium Coniug. VIII. a rad. عَقَلَ *detinuit, constrinxit,* astrictus

astrictus fuit, III. *constrinxit in crure aut prope genua* camelum, VIII. *inter crura et stapedem vel iumentum tenuit* hastam suam eques, indicat eum qui collocat aut gerit hastam inter stapedem et crus suum. Atque sic versus verti potest: *Et* (vt contentus sim comite) *statura iusta praedito instar hastae proportionatae, inter crura et stapedem tenente* hastam *sibi similem.* Describit itaque poëta in hoc et sequenti versu itineris sui socium ac comitem quendam ab egregiis corporis et animi dotibus, qui iucunditate sua vitae taedia repellere, et fortitudine sua socios suos a periculis eiusdem tutos praestare potest; et nomen genitiui casus, non a particula و, sed, sicut genitiuus praecedens, a verbo praecedente dependentis, praebere potest occasionem remouendi difficultates, quae interpretes ratione nexus hoc loco detinuerunt. Conqueritur nimirum poëta in praecedentibus, quod spe sua diuitias in peregrinatione longa obtinendi destitutus fuerit, iamque indicat, quod nihil lucratus sit, nisi quod reditum prosperum et itineris comitem egregiis corporis et animi dotibus praeditum, cuius commercio est vsus, inuenerit.

ad vers 12.

Vocabulum وِرْدٌ a rad. وَرَدَ *accessit, appropinquauit ad aquam*, Hebr. יָרַד *descendit*. significat *aquationem, aquarium*, germanice *die Tränke,*

ke, ſicut Reiskius vertit: Wie oft habe ich die Heerde des Schlaffes von der Tränke der Augen eines ſolchen nicht abgetrieben? Et obſervandum omnino eſt, quod aquarii huius ſimilitudo apud Arabes ſit frequentiſſima. Apud illos igitur *ire ad aquarium alicuius rei* idem ſignificat ac rem aliquam aggredi, ſiue ſuſcipere aliquid. Et Poëta ſomnum oculos occupantem repraeſentat hoc loco ſub imagine gregis ad aquarium deſcendentis.

ad vers 13.

Vocabulum طِرْبٌ a rad. طَرِبَ *mouit cum leuitate quadam corpus, prae gaudio* aut *dolore*, ſignificat hoc loco *agitationem*, *ſuccuſſionem* leuem atque *commotionem*, et Pocockius l. c. p. 58. lectionem cum Keſre ſub penultima eligit, aliamque cum Fatha طَرَبٌ ab aliis admiſſam reiicit. De qua commotione Reiskius l. c. p. 28. not. i. ſcribit: Der Dichter beſchreibt das Hinn- und Herſchwanken, welches die Erſchütterung dererienigen, die auf Camelen ſitzen, verurſacht. Das Camel ſchwankt im Gehen auf eine auſſerordentliche Art. P. Wansleb, als der es in eigener Perſon erfahren, bezeuget ſolches in ſeiner Relation d'un voyage fait en Egypte p. 327. mit folgenden Worten: Comme c'etoit la premiere fois de ma vie, que je fus monté ſur un chameau, mon eſtomac eut beaucoup

de

de peine a s'accoutumer aux belancements, que me caussoit la demarche extraordinaire de cet animal fantasque. l'avoue que de me voir sur ce colosse sans appuy, et comme en l'air, assis sur une villaine barde, tenant les pieds dans deux cordes, au lieu d'etriers, et de n'avoir pour toute bride, qu'une corde faite de filets de palmiers, qui me coupoit les mains, cela me sembla la chose la plus etrangere du monde.

ad vers 15.

Vocabulum vltimum in hoc commate يَحُلِ *mutabitur* est a rad. حَارَ *versus, mutatus est,* 3. perſ. ſingul. maſcul. Futuri Coniug. I. quae est يَحُرْ pro يَحُورُ §. 47. I, 1. collat. §. 57. obſ. 1. *α*. et obſ. 2. Sed quando vlterius pro *Gjeſma* vltimae radicalis ſubſtituitur *Keſre,* ex licentia poëtica, poſtulante ſic metri ratione, factum est illud.

ad vers 18.

Vocabulum غَدَائِرُ est nomen plural. a ſingul. غَدِيرَةٌ *cincinnus mulieris* §. 33. A. VI. א, vnde nomen noſtrum in genitiuo cum prae-

 fixo

fixo artic. أَلْ oritur §. 33. B. I, 2. §. 38. 2. §. 35. II, 4. quod verti debet: nigrae *cincinnis* ſiue *quoad cincinnos* §. 93. i. e. feminae nigros capillos habentes. In qua capillorum nigritudine peculiarem Arabes quaerebant pulchritudinem, prouti ex aliis Arabum poëtis cognoſci poteſt. Sic enim v. g. MOTANABBI in Carm. 9. puellam pulchram amore dignam deſcribit:

دات فرع كانما ضرب العنبر فيه بماء
ورد وعود
حالك كالغداف جثل دجوجي اثيث جعد
بلا تجعيد

quos duos verſus celeberr. et linguae Arab. peritiſſimus IOAN. IACOBVS REISKE germanice vertit: *Begabt mit einem Scheidel Haare, das ſo wohl riecht, als wenn in demſelben Ambar mit Roſenwaſſer und Aloeholze eingerührt wäre. Das ſo ſchwarz iſt, wie ein Rabe, buſchigt und traubenkruſpe, nachtſchwarz, dick, krauſe von Natur, nicht durch Kunſt.* Et hanc ad priora verba addit notam: *Die Araber ſalben ihr Haupt mit Ambar, beſprengen es darauf mit Roſenwaſſer, und durchräuchern es endlich mit einem ſchmauchenden Stückgen Aloeholz, wovon der Geruch in dem von Ambar und vom Roſenwaſſer klebrigten Haare hangen bleibt.* conf. eius *Proben der arabiſchen Dichtkunſt in verliebten und traurigen Gedichten aus*

aus dem Motanabbi, Arabisch und Deutsch, nebst Anmerkungen p. 23. sqq.

ad vers 20.

Vocabulum أُسْدٌ *leones* est a rad. أَسِدَ *viso leone cohorruit*, et, quasi contrarium, *leoni similis fuit*, nomen plurale a singulari أَسَدٌ, vnde alias etiam pluralis vsitatus est أُسُودٌ, أُسْدَانٌ, آسَادٌ et أُسُدٌ conf. §. 33. A. VI. א, 6. 18. et obs. Et per leones hoc loco intelliguntur viri leonibus quoad fortitudinem similes.

ad vers 21.

Vocabulum نِصَالٌ, aeque ac أَنْصُلٌ et نُصُولٌ, est pluralis a نَصْلٌ *cuspis ferrea, spiculum*, et per نِصَالُهَا *cuspides* eius Pocockivs intelligit cuspides hastarum quibus eam (educatam virginem) tuentur et protegunt viri illi fortissimi. Sed Reiskivs, qui vertit: *Wir wollen zu einer eilen, die im Thale aufgewachsen ist, deren Spieße mit der kühlen Näße eines muntern Scherzes, und mit Kohol getränkt worden sind,* suffixum in significatu ordinario et vsitatiori sumit, vt *cuspides eius* indicent aliquid ad ipsam virginem pertinens. Ideoque hanc addidit

didit notam: Das Wort *Nesal*, Spieſſe, bedeutet überhaupt alles ſcharffe, ſpitzige und ſchneidende, und zwar hier die Zähne des Frauenzimmers, die mit einem friſchen kühlen Thaue befeuchtet ſind. Vnd weil das arabiſche Frauenzimmer ſeine Lippen mit *Cohol* zu ſchwärzen pfleget, welches ein von Spiesglaſſ und andern Dingen zuſammen geſeztes Pulver iſt, ſo legt der Dichter, der Nähe wegen, auch den Zähnen etwas bey, das nur ihren Nachbarn, den Lippen, zukomt.

ad vers 22.

In hac Amaſiae ſuae deſcriptione indicare vult Poëta: Multum addit gratiae et ſuauitati colloquiorum, quae noctu (Arabum more) inter ſe inſtituere ſolent generoſi tribus iſtius viri, illud quod in generoſis apud eos feminis inuenitur timiditatis et parſimoniae. *Nam iſta duo*, prout monet Scholiaſtes, *quae viris vitio quam maxime vertuntur*, *mulieribus in laudem cedunt*, quippe quas non minus dedecet nimiam prae ſe ferre audaciam et liberalitatem, quam viros timorem et auaritiam.

ad vers 23.

Solebant nimirum Arabes, qui nulla re magis quam peregrinis hoſpitio excipiendis gloriam captabant, ignibus in faſtigiis collium, locisque conſpicuis accenſis hoſpites inuitare, et accedentibus viae indicia praebere.

bere. *) *Atque ita*, inquit Scholiastes, *laudibus quibus potuit maximis tribum istam euexit*, dum foeminarum miram pulchritudinem et modestiam, virorum summam magnificentiam et munificentiam depraedicat, in quibus vlterius recensendis pergit poëta.

ad vers 24.

Vocabulum أَنْضَاءٌ *cameli emaciati* vel quaeuis animalia emaciata et extenuata multo incessu vel labore alio, est nomen plurale a singul. نِضْوٌ quod supra vers. 7. occurrit. Et eiusmodi animalibus multo labore emaciatis et prope confectis hoc loco assimilantur amore saucii et confecti. Quando vero de feminis Tholaitarum, quas laudat poëta, dicitur, quod *occi-*

 dant

*) Confirmat hoc Reiskius, quando ad h. l. p. 30. nota *p*. scribit: Mit drey Dingen wissen die Araber sich viel, mit der Dichtkunst, mit ihrer Ritterschaft und mit ihrer Freygebigkeit. Die Freygebigen rühmen sich, daß sie bey Anbruch der Nacht ihr Feuer an den Straßen und auf den Bergen anzünden, damit die Wandersleute auf solche zugehen, und sich bey ihnen einfinden können. Von kargen und nackigten Leuten hingegen, die Gäste weder beherbigen können noch wollen, sagen sie spottweise, daß sie entweder kein Feuer anmachen, oder solches durch ihre Weiber auf eine unflätige Art auslöschen lassen.

dant amore saucios et confectos qui se mouere non possunt prae languore, castitas earum describitur, qua ductae illos voti sui compotes non reddant, sed illis maledicant, eosdemque in extremo vitae spiritu male adficiant. Nam verbum قتل non solum *occidere* significat, sed etiam *laedere maleue adficere alterum* in extremo vitae spiritu, *eidemque maledicere*, sicut de vino dictum innuit *aqua illud diluere.*

Verbum ينحرون in masculino positum respicit viros, quorum liberalitas summa iam describitur, sicut in praecedentibus feminarum castitas laudatur. Haud male enim notant interpretes, quod maioris liberalitatis apud Arabes signum fuerit, quando equos et camelos pro hospitibus excipiendis mactauerint, quam quando alii pecudes, veluti oues et haedos, eorum causa trucidauerint; licet nostrûm quilibet minus lauta auariorum conuiuia lubentissime sit electurus, agnum sibi vel haedum, non autem equum aut camelum integrum, praeferens.

ad vers 26.

Per auram sanitatis denotatur aura sanitatem afferens, §. 22. Interpr. Danz. adeoque vox illa nihil aliud quam auram suaui halitu spirantem, ventum odoriferum, significat.

ad vers 27.

Verbum كَرِهَ ſignificat *abhorruit, aegre tulit, reſpuit, faſtidiuit, renuit,* et verſu hoc et ſequenti indicat poëta: ſe promtum eſſe atque paratum ad omnia pericula ſubeunda, ſi votorum modo fiat compos, potiaturque cupita ſiue amaſia ſua.

ad vers 29.

Vocabulum غِزْلَان *capreolae, hinnuli,* eſt nomen plural. a ſingulari غَزَال §. 33. A. VI. א, 17. Et per animal hoc regionibus iſtis notiſſimum, quod Ebraei vocant צְבִי et in ſcriptura frequentiſſime occurrit, intelliguntur puellae formoſae. Nihil enim Poëtis Arabum vſitatius, quam amaſias ſuas laſciuo huic et pulcherrimo animali comparare. Quod etiam teſtatur Voyage dans la Paleſtine par la Rocque p. 215. his verbis: „Les Arabes expriment la beauté d'une femme en diſant qu'elle a les yeux d'une Gazelle. Toutes leurs chanſons amoureuſes ne parlent, que des yeux de Gazelle, et c'eſt a cet animal, qu'ils comparent toujours leurs maitreſſes pour faire tout d'un coup le portrait d'une beaute achevée. Effectivement il n'y a rien de ſi mignon, ni de ſi ioli, que ces gazelles. On voit ſur tout en elles vne certaine crainte

inno-

innocente, qui ressemble fort a la pudeur et a la timidite d'une jeune fille.„

ad vers 30.

In MS. pro عَزَمَ teste Pocockio, legitur هَمَّ, quod Scholiastes recte exponit per vocabulum عزم *animum*, *intentionem propositum* ac *studium*, denotans; siquidem verba هَمَّ et عَزَمَ aeque ac nomina inde deriuata synonyma fere sunt. Vocabulum sequens autem صاحِب proprie significat *socium* vel *comitem*, a radice صَحِبَ *consortio alicuius vsus est*, *socius* vel *comes* illi *fuit*, et transfertur inde ad denotandum omnem, qui re aliqua praeditus est, vel eam in potestate sua habet, qui est dominus ac possessor. Hinc عَزْمُ صَاحِبِهِ verti potest per *animum inhaerentis illi*, siue *animum eius qui deditus est illi*, vel *eo affectus est*. Et sensum commatis huius totius Reiskivs bene exprimit germanice: wenn man Eroberungen machen, und Ruhm einerndten will, muss man sich nichts aus seinem Leben machen.

ad

ad vers. 31.

Vocabulum فَٱتَّخِذْ *pares tibi*, siue *et confice*, est Imperatiuus Coniugat. VIII. pro اِيتَخِذْ cum praefixo فَ collat. §. 49. I, 1. §. 41. III. obs. 4. β. §. 50. II, 3. §. 14. III, 2. et obs. 1. a rad. أَخَذَ *accepit, sumsit, prehendit*. VIII. *confecit, parauit*.

Vocabulo جَوّ a Golio aliisque Lexicographis tribuitur significatio *aër*, sed latius illud sumi et ad *aether* quoque extendi debet, ita vt *totum illud spatium, quod inter coelum et terram interiacet*, intelligatur; sicut alias *vallem quamvis amplam et late patentem*, item *partem domus interiorem*, ac *medium cuiusque rei indicat*. Quam vltimam significationem גֵּו, גַּו, et גַּוָּא Hebr. Chald. et Syr. confirmant.

Vocabulum فَٱعْتَزِلِ *et separa te*, siue *seduc te ab hominum consortio*, est a rad. عَزَلَ *semouit, secessit*, V. et VIII. *separatus est*, vel *separauit se*, 2 pers. singul. mascul. Imperatiui Conj. VIII. cum praef. فَ, ex اِعْتَزِلْ, in quo ex licentia poëtica, ob metri rationem, vltimae radicali pro *Gjesma* adiicitur *Kesre*, sicut

cut idem de Futuro iam supra ad vers. 15. adnotauimus.

Et commate hocce indicatur: Si quis vitam et incolumitatem retinere vellet, locum extra orbem habitabilem quaerere deberet, quia in vniuerso terrae nostrae spatio nulla a morte securitas esset.

ad vers 32.

وَدَعْ *et mitte* siue *sine*, est 2 pers. sing. masc. Imp. Coni. I. cum praefixo و, a rad. وَدَعَ *siuit, missum fecit,* collat. §. 46. II, 2. obs. 1. Et de hoc verbo notandum est, quod in Praeterito, vt et in Infinitiuo ac Participio, non nisi interdum apud Poëtas, metri causa, in hac significatione occurrat, sed pro illo in istis temporibus verbum تَرَكَ adhiberi soleat.

Vocabulum غِمَارُ *ardua* vel *profunda*, est plural. a singulari غَمْرُ *aquae copia* et *profunditas*, *gurges*, *abyssus*, vel etiam *turba et multitudo hominum se inuicem comprimentium.* Cum igitur vocabulum vltimum huius commatis بَلَلُ significet *humiditatem*, *humectationem modicam*, *leuem aliquam aspersionem*, metaphoram grandem hic latentem Reiskius germanice ita exprimit: Veberlaſs die tieffen Wellen einer

ner hohen Tugend (siue: *der Ruhmbegierde und Erhabenheit*) denen, die sich wagen selbige zu durchdringen, und begnüge dich an einigen wenigen Tropfen davon.

ad vers 33.

De vocabulo مَسْكَنَةٌ consentiunt omnes, quod *paupertatem* denotet, sicut apud Hebraeos et Chald. מִסְכֵּן *pauperem*, et apud Syros atque Chald. מִסְכֵּנוּת *paupertatem* et *egestatem* significat. Sin autem rationem, cur verbum سكن, quod apud Arabes aeque ac apud Hebraeos שׁכן *quiescere*, *sedem figere* et *habitare* alias denotat etiam *pauperem esse* significare, ideoque nomini nostro idea paupertatis tribui possit, indagare velimus, in diuersas philologi abeunt partes. Nam secundum *Almotarrezium* pauper inde denominatur quod hominibus se adiungat, iisque nitatur, secundum auctorem *Kamusii* autem, quia quiescere eum faciat, vel motionem eius quasi impediat rerum inopia. Quicquid vero sit, ipse certe commatis totius sensus hic erit: Qui otio aut quieti tantum deditus est, animum abiectum et humilem prodit, et eiusmodi homo in paupertate ac humili statu manebit; sed a generosis animis, qui gloriam et potentiam consequi studént, tentanda sunt omnia, ita vt molestias quaslibet, et inter illas frequentia, licet vel maxime etiam periculosa interdum, itinera non reformident.

ad

ad vers 34.

Ex his vocabulis في نحور البيد *in intima desertorum*, vltimum بيد est plural. a singul. بيداء *desertum*, *campum* vbi nulla est habitatio, quasi *locum perditionis*, significante, a rad. باد Hebr. אָבַד *periit;* Et alterum vocabulum نُحور est plural. a singulari نَحر, quod *iugulum*, *partem corporis inter supremam sterni*, *et gutturis infimam partem*, *summam pectoris*, vel *infimam gulae partem*, denotat. Hinc per metaphoram longe petitam et satis obscuram vocabulum hoc vltimis desertorum finibus tribuitur. Cumque apud Arabes omne spatium amplum, aequabile et planum, cuius terminum vel finem oculis attingere non possumus, *mare* cognominari soleat; recte hic cum Reiskio *) verti potest: *coniice te in vastissima maria desertorum.* Et ad illustrationem eiusmodi locorum amplissimorum arenis impletorum, quae nomine maris arenosi veniunt, et de turbine vehementissimo in illis interdum orto conferri potest Wilhelm. Tyrius L. XIX, 15.

*) p. 31. Wirff dich mit ihnen in die ungeheuren Meere der Wüsten, und lass sie so eilen, dass die Zaumriemen der Pferde ihren Haarzäumen nicht zuvor kommen.

L. XIX, 15. vbi de tali turbine, ingentem multitudinem copiarum regis *Balduini* IV. A. 1167. perdente, scribit: „In solitudine postquam Syriam Sobal transieramus, oborto subito ventorum turbine immanissimo, tantus ex arena puluis in modum nubium et densae caliginis per aera dispersus est. — Solent in illa solitudine instar maris arenarum quasi quidam fluctus attolli deponique in modum procellarum, ita vt non minus, quam per aquas nauigantibus, periculosum sit per illa importuna loca transire„. Alius etiam locus ad illustrandum hanc rem maxime idoneus deprehenditur in LVDOVICI WARTOMANI, patricii Romani, Nauigationis L. I. c. 14. p. 143. *ed. Grynaei*, vbi de itinere a Medina ad Meccam instituto scribitur: „Iter coeptum prosequi decreuimus, duce piloto, qui itineris cursum moderabatur pyxide ac pagina marina, vt sunt sulcandi aequoris peritissimi. — Nollem tamen obliuisci quae comperi in mari cognomento Arenae. — In mari igitur huiusmodi arenoso iter quinque dierum ac noctium habuimus. Iamiam nobis innotescet cuiusmodi mare exsistat. Ea sunt arua patentia, quae arenis strata sunt albicantibus pollinis instar. Si quo sinistro pede vsu eueniret, vt ii, qui illuc iter agunt, austro ferrentur, vt septentrione aguntur, sabulo obruti occumberent omnes. Nam etsi prosperis vehebamur flatibus, atro tamen turbine sabuli adeo inuolue-

bamur, vt ademto e conſpectu interuallo decem paſſuum alter alterum non conſpiceret. Ob id incolae camelis vehuntur, caueis incluſi ligneis, inque eis vitam trahunt, ducibus tamen pilotis, qui non aliter quam in vndabundo mari pyxide et pagina ducuntur, et ibi ſiti exanimati ſunt complures, alii interiere ob hauſtos plus iuſto latices, quum fontis facta fuiſſet poteſtas, tantum aquae biberunt vt crepuerint medii.

Vocabulum لُجْمٌ, ſicut أَلْجِمَةٌ eſt pluralis a ſingul. لِجَامٌ *fraenum* quod equis proprie tribuitur; et e corio confectum eſt; ſed alterum vocabulum جُدُلٌ eſt pluralis a ſingul. جَدِيلٌ, quod ſicut زِمَامٌ, *capiſtrum* camelis tribuitur, et e pilis contortum eſt. Poëta igitur vult deſcribere Camelos celeritate et velocitate equos velociſſimos in curſu adaequantes, ac ſi diceret: acquirite gloriam, properando ſcil. greſſumque citando, *donec capiſtra camelorum veſtrorum — aequent inter eundum fraena equorum.*

ad vers 36.

Vocabulum تَبْرَحِ *deſeret* eſt 3. perſ. ſing. fem.

fem. Futuri Conj. I. a rad. بَرِحَ *destitit, reliquit, deseruit locum*, Hebr. ברח *fugit, aufugit,* quae ordinarie est تَبْرَحُ, sed propter particulam لم praemissam تَبْرَحْ §. 57. et obs. 1. *α.* et propter Elif vnionis in voce sequente تَبْرَحِ §. 14. III. obs. 2. *β.* Sol autem, qui mense Decembr. a nobis remotissimus ideoque respectu nostrum altissimus est, non in vnico arietis signo semper consistit, sed deserit signum arietis et omnia peruagatur omnino signa coelestia. In *arietis* gradu 19° est in exaltatione sua, sed ad *Libram* perueniens est in descensione sua, vt loqui amant Astrologi. Ad eius exemplum, ex mente Poëtae, homo magnas spes animo fouens non loco suo affixus haerere debet, sed motu ac peregrinatione gloriam acquirere studebit. Quorsum etiam geminum illud Hammadi *Ebn Hebatollahi* pertinet:

قالوا نراك كثير السير مجتهدا
في الارض تنزلها طورا وترتحل
فقلت لو لم يكن في السير فايدة
ما كانت الشمس في الابراج تنتقل

Dixerunt, Videmus te multum esse in profi-

proficiscendo, ac molestiam tibi facessere in terra, dum in ea sedem figis subinde, dein migras.

Dixi, Nisi esset in proficiscendo vtilitas, non se transferret sol in signis coelestibus.

ad vers 37.

Verbis parenthesi inclusis optime additur signum exclamationis, eademque optatiue deinceps intelligenda sunt h. m. o si (vel vtinam) inclamassem *eam tanquam* volentem aurem praebere, germanice cum Reiskio: Ich habe dem Glücke geruffen. *Aber ach hätte ich nur auch zugleich in ihm nicht einem tauben geruffen!* Est autem مستمع *aurem praebens* participium Coni. VIII. استمع *auscultauit, aurem praebuit,* a rad. سمع Hebr. שמע *audiuit.*

ad vers 39.

Vocabulum أعلل *mulcebo* est 1. perf. sing. Fut. Coni. II. a rad. علّ pro علل *secunda vice bibit, lactauit.* II, *demulsit, sedauit, compescuit, lactauit ac leuiter quietauit,* re aliquâ *quae alterius esset loco.* Eo nimirum sensu in hac Coni. II. vsurpatur verbum, cum alicui praebetur aliquid, quo contentus aliud, cuius desiderio tenetur, minus curet, vt cum infanti vbera materna

materna cum vagitu quaerenti aliud aliquid, cuius dulcedine illiciatur, obiicitur. Vocabulum ſequens أَلْتَعَلُّلَ *animam* denotans verti poteſt per pronomen reciprocum: mulceo vel ſedo *meipſum* § 68 Inſtit. A L. ſicut REISKIVS germanice reddit: Mit den Hoffnungen, auf die ich wachſam vorwärts ſchaue, ſpeiſe ich mich ſelbſt von einer Zeit zu der andern ab. Atque ita Poëta noſter cum rebus ipſis potiri non liceret, ſpem tamen retinet, qua mulceat ſe et animum ſuum inquietum compeſcat, quod fere vnicum eſt ſpei commodum, quod ſit miſerorum ſolatium. Et hoc per notiſſimum illud Arabum effatum confirmatur. نعم الرفيق الامل ان لم يبلغك فقد اناسك *Quam iucundus comes eſt ſpes? ſi minus ad votorum finem te perducat, non deſerit tamen, neque mulcere et blandiri deſiſtit.*

ad vers 40.

Vocabulum أَرْتَضِ *delectabor* ſiue *placebit mihi*, eſt a Rad. رضي *voluit, acquieuit, delectatus eſt*, 1 perſ. ſingul. Futuri Coni. VIII. collat. §. 48. I, 2. §. 57. obs. 1. *a*. et obſ. 2. quod ob particulam praemiſſam لَمْ ſignificationem praeteriti accipit. conf. §. 75. II, 1. Et vocabulum

bulum مُقْبِلَة est participium Coni. IV. a rad. قَبَلَ in Coni. I. et IV. *accessit, aduenit.* Cum igitur *dies accedentes* siue *procedentes* indicent *iuuentutem*; Poeta vult dicere: displicebat mihi iam vita mea, cum iuuenis essem, ideoque multo magis displicet mihi, cum senuerim. Sed quia etiam verbum in Coni. IV. speciatim significat *prospere euenit, prosp ero successu vsus fuit,* sicut مقبلين Psalm. 125, 8. a Maronitis per *prosperos* vertitur; Pocockius hunc significatum addidit: cum dies *secundi* vel prosperi *essent*, seu mihi fauerent.

ad vers 41.

Sicut in Suffixo primae personae, ي loco Kesre ante se assumit Fatha super se, cum annectitur dictioni in literam actu quiescentem terminatae (§. 39. I, 2. Institut. Arab. Lingu.); ita etiam in vocabulo بِنَفْسِي litera ي hoc loco propter metrum admisit super se vocalem Fatha. Et mens Poetae in hoc commate est: Cognitio, quam de pretio et praestantia animae meae habui, effecit, vt hancce magno aestimarem pretio, ideoque cum aliis vilibus et nullius pretii hominibus non inirem consortium et consuetudinem, maioris pretii ac valoris meipsum aestimans.

ad

ad vers 42.

Vocabulum يَدَيْ *manus ambae* eſt nomen dualis numeri a ſingulari يَدٌ, cuius dualis eſt يَدَانِ §. 33. A. I, 2. et in caſibus obliquis يَدَيْنِ §. 33. B. II, 1. vnde noſtrum abiecta ob ſtatum conſtructum litera ن ortum eſt §. 34. Et in hoc commate Poeta vult dicere: Praeſtantiae ſuae, in commate praec. celebratae, oſtendendae occaſionem ſibi defuiſſe. Ideo enim laudatur gladius, non quod fulgeat, ſed quod penetret, ſiquidem huic praecipue fini deſtinatur; illud nitori ſuo et metalli praeſtantiae, hoc vtentis viribus debet. Quod autem gladio ferientis manus, hoc eximiis et illuſtribus animi dotibus praeſtat fortuna; quae ſi anguſtior, aut humilior fuerit, magnis ſaepe virtutibus obſtat, quominus ſe in reipublicae commodum exſerant: atque hoc eſt quod quaeritur Poeta noſter, deeſſe ſibi nimirum oſtendendae praeſtantiae ſuae occaſionem. Ad illuſtrandum hancce ſimilitudinem hic obuiam facit hiſtoria a Pocockio ad h. l. adducta, quam refert ex Arabum Annalibus Scholiaſtes. Periit *Omar Ebno 'lChetab* Imperator ab *Amro Ebn Maadi Carb*, vt enſem illum celebrem, quo tot mira peregerat, ſibi oſtenderet; allatum cum in manus ſuas ſumſiſſet, nec plus eo quam alio quopiam gla-

dio se praestare posse vidisset, indignabundus et cum contemptu abiecit, nihil illum valere asserens: cui *Amrus*, verum, inquit, ais Imperator, siquidem gladium a me petiisti, at non brachium, quod eum vibrare solebat; illud cum deesset, nihil praestabat لسيف الفرزدق (vt est in prouerbio) *Pharesdaci* gladio, i. e. لسيف الكليل في يد الجبان *gladio obtuso in manu timidi;* qualis fuit celebris iste Poeta *Pharesdacus*, qui gladium melius describere, quam vibrare nouerat.

Caeterum obserues velim, totum hoc comma 42. in versione germanica cel. *Reiskii* esse omissum. Cuius omissionis rationem ego non noui.

ad vers 43.

Vocabulum أُوثِرُ *eligam* est 1. pers. sing. Futuri Coni. IV. a rad. أَثَرَ in Coni. I. et IV. *elegit*, *praetulit*, *maluit;* et cum praemisso verbo substantiuo *fui* efficit imperfectum *eligebam* (§. 78. II. l. c.). Particula initialis مَا *non*, ponitur hoc loco pro أَمَا *nonne?* sicut apud Hebraeos saepe fieri solet (§. 179. Interpr. Danz). Quae interrogatio deinceps more consueto affirmationem exprimit, sicut etiam REISKIVS affirmatiue vertit: Ehedem wünschte ich mir, dass

dafs mein Leben lang ausgedehnt werden möchte, bis ich die Oberherrſchaft des niedrigſten Pöbels und der albernſten Geſchöpfe erlebte.

ad vers 44.

Vocabulum خَطْوِي eſt genitiuus a nominatiuo خَطْوٌ *greſſus*, cum ſuffixo 1. perſ. ſing. a rad. خَطَا *paſſum poſuit*, *progreſſus eſt*, coll. §. 33. B. I, 2. §. 39. I, 2. quod nomen *actionis* cum nomine *vicis* خَطْوَةٌ non confundendum eſt. Et particula praemiſſa, quae genitiuum cauſat, et *pone*, *ante*, aeque ac *poſt* ſignificat, a rad. وَرَيَ in Coni. III. *occultauit*; V. et VI. *ſubduxit ſe*, *delituit*, quamlibet trium vocalium in vltima admittit. Sunt autem homines, quorum curſus eſt poſt greſſum alterius, cum incedat lente, quosque REISKIVS in verſione ſua germanica reddit: Leute deren Lauff in vollem Gallop den Schritt des andern, wenn er ſachte vor ſich hingehet, nicht einhohlet, ſymbolum eorum, qui dignitate et praeſtantia alterum non aequiparant. Ideoque Poeta vult dicere: Homines vilioris pretii, neque mecum comparandi, ad ſummos honores euecti ſunt, dum ipſe interim contemtui et neglectui fuerim expoſitus.

ad vers 51.

Vocabulum مَسَافَةٌ *diſtantiam, interuallum* et *ſpatium* denotat, a rad. سَاف *odoratus eſt,* atque ita *explorauit,* quia in deſertis viarum duces ex terrae odoratu explorant, quis tenendus ſit trames, quod ex Scholiaſte vberius deducit Pocockius l.c. p. 208. Et totus loquendi modus *aperta eſt diſtantia contrarietatis inter dictum et factum,* indicat: Hypocriſis, quae efficit, vt verba non conſentiant cum factis, in diebus noſtris longe lateque patet, et vbiuis hodie deprehenditur.

ad vers 53.

Vſitatiſſimum apud Arabes eſt prouerbium: سبق السيف العذل *anticipauit gladius reprehenſionem*, quod ab Erpenio, vnà cum hiſtoria quae illi originem dedit, refertur Prouerb. Arab. Cent. 2. num. 60. Originem ſuam illud nimirum habet ab aliquo, qui interfecerat alterum. Hic enim ob homicidium in iudicium vocatus dixit: سبق السيف العذل *anticipauit gladius reprehenſionem.* Quibus verbis voluit innuere: res facta infecta reddi nequit, et nullam praeſtat vtilitatem reprehenſio, quae contra me nunc inſtituetur. Licet enim meipſum iam poeniteat praecipitati mei conſilii, interfectus tamen ideo ad vitam reuocari non poteſt. Et ad hoc prouerbium alludens

ludens poeta noster veritatem ab experientia satis confirmatam hoc loco docere studet: Metus poenarum dolum et fraudes sequentium est vnica fere causa, quae homines coërcet, quo minus suam fallant fidem. Ac si diceret: „Si quid adhibere velis, quod vtile sit ad efficiendum, vt pactis et promissis suis stent homines, est illud, vt gladium reprehensioni eorum praemittas. Dum enim monita apud illos nil valent, aut reprehensiones, melius et conuenientius erit, vt his omissis gladio illos aggrediaris, ideoque metu mali a perverso agendi modo illos detineas.

ad vers 54.

Vocabulum وَارِدًا *petens, adiens, accedens,* est participium accusatiui casus Conj. I. a rad. وَرَدَ Hebr. ירד *descendit, accessit,* ad aquam potandi gratia, quod cum particula يَا praemissa exprimit vocatiuum (§. 33. B. I. obs. 1.)

Vocabulum كُلُّهُ *vniuersitas eius* refertur optime ad immediate praecedens عيش *vita,* et verti potest: quae *tota* est turbida (§. 66.), germanice: Du, der du die Neige des Lebens zu trinken eilest, eines Lebens, das über und über schlammig ist, nachdem du das lautere desselben in deinen ersten Tagen durchgebracht hast! *Reiske* p. 34.

ad

ad vers 55.

Vocabulum اقتحام est nomen verbale conueniens cum Infinitiuo اقتحاما Coni. VIII. a rad. قحم in Coni. I. et VIII. *praeceps temereque irruit, temerarius subiuit aggressusque fuit* aliquid. Ideoque vertitur: Quare temerarius tuus aggressus *est* in profundo maris? siue, quare praeceps irruis in profundum maris? Et *nauigare in profundo maris*, siue equitare profundum maris, respicit pericula, quae aliquis subit, siue molestias quas sibi accersit, multis ac magnis se immiscens negotiis, sicut in Adagio XVII. inter ea, quae edidit Erpenius, dicitur: من مارس الامور ركب البحور *qui se temere imiscet negotiis, equitat maria*, i. e. pericula et molestias sibi accersit. Sensus itaque quaestionis hic obuiae est: Quare petis honores amplos, qui cum molestia et periculo multo sunt connexi? quare respicis res multis ambagibus innodatas, quas nequis perspicere, sed interitum tuum praeter spem in illis inuenies.

ad vers 56.

Vocabulum قناعة est iterum nomen verbale αὐταρκεια siue *contenti animi tranquillitas*, conueniens cum Infinitiuo Coni. I. قناعة a rad. con-

قَنِعَ *contentus fuit.* (§. 41. II, 4. *a*) Et de regno, siue possessione, eiusmodi tranquillitatis animi contenti asseritur, quod tuta sit, et periculo ablationis careat.

ad vers 57.

Vocabulum ثَبَاتٌ *stabilem* et *constantem esse*, siue *stabilitas* et *constantia*, est Infinitiuus Coni. I. ثَبَاتًا a rad. ثَبَتَ, qui ob immediate te praepositum لا *non est* Nunnationem abiecit (§. 92. III. coll. §. 35. II, 5). Et hoc commate docetur: Sicut vmbra immobilis et immutabilis non datur, ita etiam spes domo fragili innixa facile labitur.

ad vers 59.

Vocabulum هَمَلٌ habetur pro plurali a singulari هَامِلٌ, quod alias etiam in plurali habet هَوَامِلُ, هُمَّلٌ, هَمْلَى, هَامِلَةٌ, et هَمُولَةٌ, et significat Camelos *libere, sine pastore, noctu et interdiu pascentes* a rad. هَمَلَ *libere, sine custode, pastum iuerunt vel dimissi sunt* cameli. Et sicut in prouerbio apud Arabes dicitur: مَن استرعي الذيب الغنم فقد ظلم

qui

qui oues lupo pascendas committit, iniuriam facit scil. *ouibus;* ita aliud prouerbium de eo qui يرعي مع الهمل *pascitur cum camelis custode destitutis*, describit aliquem, qui cuiuslibet incursibus est expositus, prouti grex in desertis oberrans in discrimen facile venit, vt a quolibet animali rapaci deuoretur. Vult igitur Poëta noster ad hoc prouerbium alludens dicere: Si negotium tibi quoddam traditur, caue tibi, et omnia quae suscipis summa cura suscipe, ne in discrimen adducaris, et periculo te exponas.

CLASSIS III. SPECIMEN II.

Carmen Gjerir in laudem Abdel Malec ben Mervan.

قال جرير يمدح عبد الملك بن مروان

1 أواصِلٌ انتَ أُمَّ العمرِ أم تَدَعُ
أم تَقْطَعُ الحَبْلَ مِنهم مثلما قَطَعُوا

زعموا ان ام العمر بنت حارثة بن بدر الغد اني

2.

2 تَمَّتْ جمالا ودينا ليس يقربها
قُسُّ النصاري ولا من همّها البِيَعُ

3 مِن زايرٍ زار لم ترجِعْ تحيّتهُ
ماذا الذي ضَرَّهم لو رجعوا

4 حَلّاتِ ذا غُلّةٍ هَيْمانَ عن شَرَعٍ
لو شِيبت رَوِي غَليل الهايِمِ الشَرَعُ

حَلّاتِ منعتِ والشَرَعُ الشروع في
الماء هيمان عطشان والغلّة
العطش

5 ما رَبّكم ذا لبانات بحاجته
قد فات يومئذ مِن نفسِهِ قِطَعُ

6 بل حاجة لك في الحي الذين غدوا
مروا على السير والاغيال فاجتزعوا
جزعته قطعته

7

7 حَلّوا الاجارِعَ من نجدٍ وما نزلوا

ارضًا بها ينبت اليَنْتُون والسَلَعُ

الينتون شجر منتن خبيث

الدخان ينبت بالجزيرة

وانشد لجواس بن قعدل الكلبي

اتنكر العيس تنفخ في براها بوفد

من قنافة كالغرور

اذا الينتون عثّن في لحاهم فليسوا

بالغطارفة الاسود،

رهط ميسون بنت بحدل بن

انيف بن قنافة الكلبي ام يزيد

بن معاوية

8 باعدتِ بالوصل الآن يجمّ لنا حَبْلُ

الشموس فلا يأس فلا طمع

قال حبل هاهنا الطمع

9 لا تَنْوِم ان تَجَّ في مَنْعٍ اقاربُها

ان الغوادَ مع الشي الذي منعوا

10 ما ذا تَذَكّرُ وصلٍ لم يكن صَدَدًا ام
ما زيارة ركبٍ قلما هجعوا
الصدد الغريب

11 قرنت وجناء لم يَعْقِدْ حَوالبهَا طَبيٌّ
الصرار ولم يُرشحَ لها رُبَعُ
الوجناء الغليظة والحوالب شواعد
الضرع التي يخرجْ فيها اللبن
يريد انها لم تحمل ولم يكن لها
لبن فتُصرّ وقوله لم يرشح لهاربع
اي لم يُرَبَّ ولم يُغْذَ

12 كانّها قارِحٌ طارِتْ عقيقتُه يرعي
السماوة او طاوٍ به سَفَعُ
يقول كانها حمار قارح يرعي السماوة او
ثور من ثيران الوحش والسفع حمرة
في الخدّين الي السواد

13 كانّ الذين هجوني من ضلالتهم
مثل الغراش وحرّ النار اذ يقعُ

14 اصبحت عنه ولاة الناس اثبَتَهم
قُلْحًا وابعدهم غَلْوًا ان نزعوا

15 ولولا الخليفةُ والقرانَ نقروُه ماقام
للناس احكام ولا جُمَعُ

16 انت الامين امين الله لا سَرِفٌ فيما
وَليتَ ولا هَيّابَةٌ وَرَعُ

السرف المُخْطِئُ والهيّابة الجبان وكذلك
الورع يقال رجل وَرَعٌ وقوم اوراع
وقد وَرُعَ يَوْرُعُ وَرُوعَةً وورُوعًا اذا
جبن ومن الورع والعفاف يقال رجل
ورع وقد وَرِعَ يَرِعُ وَرَعًا ورجل
هيّابة وقوم هيّابون

17 مثل المُهنّد لم تُبْهَرْ ضريبتُهُ لم يَغْشَ
غَرْبَتَيْهِ تفليل ولا طَبَعُ

يقال ان السيف اذا كَلَّ عن ضريبته فقد
بُهِرَ والطبع الصداء وضريبة السيف موضع
مضربه وهو ذُبابُه وصَدْرُه وضريبته
ايضا في غير هذا الموضع المضروب
به من كل شي وغرباه حدّاه وغرب
كل شي حدّه

18 واري الزناد من الاعياص في مهلٍ
فالعالمون لما يقضي به تبَعُ

19 ما عَدَّ قومٌ باحسان صنيعهم الّا
صنيعُكم فوق الذي صنعوا

20 انت المبارك يهدي الله شيعتَه اذا
تفرّقت الاهواء والشِيَعُ

21 فكُلُّ امرٍ علي يُمْنٍ امرتَ به فينا
مطاع ومهما قُلْتَ مُستمَعُ

22 آدْلَيْتُ دلوي في الغُرّاطِ فاغترفت
في الماء فَضْلٌ وفي الاعطان مُتّسَعُ

23 انّي سباتيكم وَالدارُ نازحةٌ شكري
وحسن ثناء الوفد اذ رجعوا

24 يا آل مروان ان الله فضّلكم فضلا
عظيما علي من دينُه البِدَعُ

25 الجامعين اذا ما عُدَّ سَعْيُهم جَمْعَ
الكرامِ ولا يُزْعون ماجمعوا

26 تلقي الرجال اذا ما خِيفَ صولتُه
يَمْشُون هَوْنًا وفي اعناقهم خَضَعُ

27 فان عَفَوْتَ فَضَلْتَ الناسَ عافية
فان وَقَعْتَ فما وَقْعٌ كما تَقَعُ
وقعت بالقوم واوقعت فيهم

28 ما كان دونك من مُغْضيٍ لحاجتنا
ولا وراءك للحاجاتِ مَطَّلَعُ

29 ان البرية تَرْضيَ ما رضيتَ لها ان
سِرتَ ساروا وان قُلْتَ اربعوا رَبَعُوا

Gerir in laudem Abdel Maleki, filii Meruani, ſic cecinit.

1. Vtérisne Omm Amru familiariter, an derelinques eam, et abrumpes funem eorum, quemadmodum ipſi abruperunt.
2. Perfectae mulier eſt pulchritudinis atque pietatis. non accedit ad eam ſacerdos Chriſtianus; neque curae ipſi ſunt eccleſiae.
3. Viſitatorem, cuius ſalutatio non redditur; (Quidnam noceret ipſis, ſi redderent?)
4. Arces ab acceſſu ad aquam ſitibundum, defetiſcentem. modo velles, ſatiaret ſitim languentis potus.
5. Cur negotiis arduis ſeptum a deſiderio

 ſuo

ſuo repellitis? quo fit vt de corde ipſius
ſruſta tum ſpargantur.

6. Verumtamen eſt tibi neceſſarium negotium in tribu, quae cum mane ſurrexiſſet, ſuper Sair et Dzil Agjal tranſiit.

7. Conſederunt in arenaceis collibus Nagjdae, neque deſcenderunt in terram, vbi Jantun et Salao creſcunt.

8. Procul abes a congreſſu mei tecum, niſi quod trahitur nobis funis ſternacis; vnde neque deſperatio, neque appetitus.

9. Reprehenſione caret, quod neceſſarii eius in ea cuſtodienda ſunt pertinaces. Nam cor eſt cum re, quam cuſtodiunt.

10. Quid iuuat recordatio conſuetudinis, cuius copia iam nulla eſt? aut quorſum viſitatio cateruae parum dormientis?

11. Iubebo potius ad me adduci camelam robuſtam, cui venas mamillares non conſtrinxit circumuolutio lori, et cui pullus nullus adoleuit.

12. Quaſi ſit onager annoſus, cui prima lanugo decidit, deſertum Samawah depaſcens, aut taurus ſylveſter, cuius genae notatae ſunt maculis furuis.

13. Qui me prae ſtultitia ſua carpunt, ſimiles ſunt pyrallidi in ignem ardentem inuolanti.

14. Apud principes hominum ego ſum proſperitatis firmiſſimus, et in certaminibus

nibus iaculandi ego telum quam longissime (vel altissime) adigo.

15. Per Alcoranum, quem recitamus, Chalifa ni foret, non starent hominibus iura, neque religiones.

16. Tu es commissarius, commissarius dei, non temeritate ageris in gubernatione tua, neque rursus meticulosus, pauidus es.

17. Quemadmodum ensis arte indica acutus factus, cuius acies non hebetatur, neque obtegunt eius ambos mucrones obtusio, aut aerugo.

18. Terebrat fomites ex al Ajas per otium. Itaque populi sequuntur id, quod statuit.

19. Nunquam enumerant alii praeclara sua facinora, quin praeclara vestra facinora antecellant illorum facinoribus.

20. Tu es benedictus, per quem deus gregem suum dirigit, cum (aliorum) voluntates et sectae (innunerabilibus modis) scissae sint.

21. Auspicatum quodque iussum tuum a nobis exsecutioni datur, et quicquid imperas, ei mos geritur.

22. Situlam meam inter aquatores cum projecissem, hausi, et aqua scaturiebat vberrime, et in stabulis erat amplitudo.

23. Etiamsi mansio mea a vestra longinquum distet, veniet tamen ad vos a me

gratiarum actio, et praeclara laus legatorum, vbi redierint.

24. O gens Merwani, magna decora magnasque praerogatiuas deus in vos contulit prae illis, quorum religiones sunt haereses.

25. Colligunt, cum enumeratur eorum studium, eo modo, quo liberales colligunt, neque parcunt ei, quod collegerunt.

26. Cum timetur eius (chalifae) saeuities, videas viros ambulare lente et suspenso pede; et in ceruicibus eorum est submissio.

27. Quod si ignoscis, vincis humanum genus omne. cum autem punis, nulla alia punitio tuae similis est.

28. Citra te non est necessitati nostrae exsecutio, et vltra te necessitatibus nulla est apparentia.

29. Contentum est genus humanum, cum tu se contentus es. Cum tu incedis, incedunt; et tu cum ais, insistite, insistunt.

ADNOTATIONES.

Ipso de poeta, h. e. de fortunis eius, rebusque gestis, et carminum ab ipso conditorum virtutibus vitiisque, et de fama carminibus quaesita, quamquam in promtu sunt, quae afferantur, locus tamen haud patitur ea nunc expro-

expromi. Quare pauca haec ſatis habeo commemorare, Gerium poetam eſſe celebrem apud Arabas, perantiquum, quippe qui viuendo potuerit Muhammedem attingere, Muhammedanum, Ommiadis addictum. excellit in genere ſatyrico. carmina eius pene ſunt omnia ſatyrae. Inprimis duos alios poetas arabicos, etiam percelebres, aequales ſuos, Achthalum et Pharezdacum, Chriſtianos, diris et crudelibus modis exagitat. Quanti fiant, et fieri debeant eius carmina, vel ex eo conſtet, quod Gieuharius lexicographorum arabicorum facile princeps, Geriri verſus ſingulis paene paginis, et multis ter quaterue laudet, velut auctoris arabicae linguae probatiſſimi. Huius poetae opera ex antiquiſſimo et praeſtantiſſimo codice, qui penes Leuinum Warnerum olim fuit, nunc in bibliotheca publica Lugduno Bataua aſſeruatur (Catalogi p. 475. n. 633.) deſcripſi menſe Majo 1739. Sunt in illo codice magni faciendo, ſcholia breuia quidem, ſed bonae frugis plena, et vetuſtae hiſtoriae arabicae monumentis, praeſertim ad ſaeculum a C. N. ſeptimum pertinentibus plena; quorum auctor fertur Abdol Wahed, filius Iſa, Nagirenſis. Haec de poeta et eius carminibus vniverſe breuiſſimis.

Nunc de argumento huius carminis item paucis exponam, ordinemque rerum eo tractatarum declarabo. Carminum Arabicorum tan-

tum non omnium principia queruntur de inconstantia amicarum, et illinc transitus tum fit ad praesens quodque argumentum. Ita hoc quoque carmine Gerir cum questus esset de amicae discessu, ait tandem se consilium cepisse profectionis, (Damascum puta, ad Chalifam AbdalMalecum suscipiendae.) quo cruciatum animi sui leniret, et curas dissiparet; quod consilium qui carpant, eos stultos esse. Nam Chalifam haud esse commissurum, vt se, Gerirum, consiliique itinerisque poeniteat. Et hoc aditu ad laudandum patefacto, laudes ipsas Chalifae sic tandem ingreditur. Haec est quasi fabrica vel structura carminis huius. Cuius iam singulos quosque versus sigillatim persequemur, quam fieri poterit breuissimis, hoc acturi, vt sententias planas atque perspicuas reddamus.

Primo itaque versu ipse secum dubitat poeta, vtrum amorem cum fictitia foemina, quam Omm Amru appellare ipsi placuit, coeptum persequatur, an ex animo suo prorsus exterminet. Quod si faciat, hoc faciat iustius atque speciosius, quod amatae necessarii ab eo loco, vbi antea Gerir eos e vicinia frequentasset, discessissent, alio migrassent, amatam secum abduxissent, eoque discidii initium ipsi primi fecissent. Familiaris cum aliquo consuetudo figurate ab Arabibus funis appellatur, seu cum fune, duas res inter se distantes copulante

compa-

comparatur. Verba ام تتقطع in latinis ita reddidi, ac ſi legeretur, non ita, vt e codice MSC. exhibui, ſed ſic, vt legendum eſſe videtur, وتقطع. Ad vocabulum huius verſus vltimum قطعوا ſubauditur منك num abrumpes ab illis funem, quemadmodum illi abruperunt a te. h. e. num vitabis eos, quemadmodum illi te vitant.

Verſu ſecundo animum odio Chriſtianiſmi inflammatum prodit poeta, vt alias quoque paſſim locorum, per omnia ſua carmina. Chriſtiani tum temporis adhuc multo plures erant inter Arabas, quam inſecutis fuere ſeculis. Senſim atque ſenſim Chriſtianiſmus inter Arabas exoleuit, Muhammediſmus contra inualuit. Immani Chriſtianos odio proſequebatur Gerir, inter alias cauſas, ni fallor, hac quoque grauiſſima, quod duo ipſius inimici, poetae nobiles, quos paulo ante appellabam, ol Achthal, et ol Farezdac, (quorum etiam exſtant opera poetica amborum, ſed a me nunquam illa oculis vſurpata) Chriſtiani eſſent.

vers 3. Conſtructio durior atque implicatior من زاير duplici modo poteſt explicari.

1) Poteſt idem eſſe atque رُبَّ زاير ſaepe eſt viſitator. qui cum viſitat, ſalutatio eius non redditur. minus mihi probata eſt hoc loco haec ratio,

ratio, magis iſtaec altera. 2) مِن زَايِرٍ Copulaui cum accuſatiuis qui habentur in verſu proximo inſequente. ناغلة et هيمانَ Sitibundum de viſitatore, id eſt viſitatorem ſitibundum. Ipſe ſemet poeta deſignat. Idem eſt ac ſi dixiſſet. Cum viſito amatae meae neceſſarios, non reddunt mihi ſalutem, qua eos appellaui. In fine verſus pro رجعوا expreſſi in latinis ارجعوا in quarta.

vers 4. Adſcribam notulam ſcholiaſtae ad alium locum Geriri; quae notula haec eſt

الغليل العطش وهو الغُلّةُ والحِرّةُ

والصداء والهُيّام والدُوحُ والوِرْدُ

ſignificat illa ſeptem, quae enumerat, vocabula eſſe ſynonyma, et *ſitim* ſignificare.

vers 5. Verba poſtrema ad literam ſic ſonant, redeunt illo die de corde eius fragmenta. Dicere vult, cum a vobis redeo domum, repulſus, ad amicam non admiſſus, triſtis ſum, oppreſſus moeſtitia, cor mihi ruptum eſt, et mille velut in partes laceratum.

vers 7. Voc. ينتون quod arborem plantamve foetidi odoris fumiue ſignificat, duplicem ſcriptionem exhibet lexicon Golianum; hanc ipſam,

ipsam, columna 2770. vbi ait esse *thapsiam;* et تَيْنُون col. 2303. item تَيْنُون vbi ait esse nomen arboris foetidae. سَلَع est eidem Golio species aloës, nomen arboris amarae. Sententia distichi, quod scholiastes affert, haec est.

Cameli anhelantes afferunt ad te legatos e tribu Conaphah, simeis similes.
Quorum cum barbas striatim coagulauit al-Jantun, non sunt illi illustres proceres, illi leones (vel heroes).

Ad verbum sonat initium prioris versus sic. Veniunt ad te cameli inflantes (nares puta) in annulis suis, cum legatis. Veniunt cum legatis, h. e. afferunt legatos. Annuli lignei vel ferrei, vel etiam e pilis setisve facti, traiiciuntur per nares camelorum, ex iisque gubernantur. عثن scitum est verbum. Fecit عثنون seu longam striam, conicam. qualis est stilla aquae congelata. Poeta Bahdalitas exagitat eo, quod, non vt alii Arabes generosiores, odore Aloës, bene fragrantis arboris, barbas suas perfumigent, sed odore arboris foetidae tantum; quo fiat vt ipsi quoque foeteant. Solent Arabes barbas suas aqua rosarum stillaticia respergere et tum frustum Aloes fumans ipsi admouere. fumus hic suauissime olens implicatur tum illi aquae rosarum. et sic complicantur

pili

pili barbae in langos ſtrias, (*Strählen*, oder *Zotten*). Quod in aliis a ſuaui Aloes odore accidit barbis, idem accidere barbis Bahdalitarum cum riſu et ſanna poeta ait a fumo deterrimo arboris Jantun ſeu thapſiae.

vers 8. Dubitabam quomodo redderem verba باعدت بالوصل *longinqua es in* vel *cum amicitia* vel *familiaritate*. videbatur id ſignificare quod in latinis expreſſi. Trahere funem equi vel cameli ſternacis, videtur prouerbium arabicum eſſe, ſimile quodammodo illi latino, lupum auribus tenere. Qui funem tenet equi ſternacis, quamquam accedere ad equum non poteſt, multo minus eum inſcendere atque gubernare, ſpem tamen, quamuis exiguam et longe diſtantem habet, fore tandem aliquando, vt equo ipſo potiatur, eumque ſibi habeat obſequentem, et in hoc certe potior eſt eo, qui equi prorſus nihil, ne funem quidem tenet. Foret ad hunc modum haec huius verſus ſententia. Vitas et refugis tu congreſſus mecum, ego tamen ad te ſum eodem loco, quo ad equum ſternacem is eſt, qui funem tenet, quo ille equus religatus eſt. Vt ſperare non licet fore aliquando vt te potiar, ita rurſus plane deſperare non poſſum, tuique omnem memoriam prorſus ex animo meo exterminare.

vers 9. ſententia haec. Quod puellam ſuam neceſſarii eius ſancte et cum inuidentia atque aemu-

aemulatione quadam custodiunt, omnesque ab aditu ad eam excludunt, id reprehensione vacat; quia eam amant. et quod quisque amat, id sibi proprium seruare studet, cauetque cum aliis communicare.

vers 10. extremi haec est sententia. quid refert me frustra tentare nocturnos cum amata mea congressus, quae septa sit agmine virorum fortium, vigilantium et acrium, qui raro dormiant, aditusque ad puellam suam occlusos teneant.

vers 11. قُرِّبَتْ potest reddi, vt feci, per, curabo, vel iubebo vt prope ad me adducatur camelus. vel etiam, vt قربة vtre aquario instruatur, h. e. itineri faciendo comparetur. يرشح quod est passiuum, siue primae, siue quartae coniugationis, ita interpretatus est scholiastes, vt iam constet, quam significationem Golianum lexicon ad coniugationem secundam restrinxit, ei non esse propriam, sed cum prima et quarta quoque communicari. Golius nempe ad secundam coniugationem verbi رشح haec adscripsit. Bene administrauit opes. Exigua paulatim propinata suctione assuefecit pullum mater suctioni. Educauit formauitque a teneris ad aliquam rem. Posset quoque in actiuo legi يُرَشِّحُ legi. *non tripu-*
diauit

diduit ipsi pullus. Nam رشح est etiam tripudiare, lasciuire, petulcari.

vers 13. وحر النار interpretatus sum ac si scriptum esset في حر النار quasi construerentur verba sic ان يقع في حر النار pyrallis, cum incidit in aestum ignis. Queritur de amicis, consilium quod cepisset, Damascum ad Chalipham proficiscendi improbantibus, quos ait desipere, et liberalitatem caeterasque Chaliphae laudes ignorare, et quo loco ipse, Gerir, apud proceres sit.

vers 14. Populis omnibus aetatum omnium in vsu fuit iaculando inter se de robore lacertorum contendere. qui telum altissime, aut longissime adigeret, seu arcu, seu brachio solo, is reliquos et robore et dexteritate vincere existimabatur. Idem Arabes quoque, vt hic videmus, ad contentionem laudum animi transtulerunt. Significat, quicunque secum laudum certamen ingrediantur, eos omnes a se vinci. non posse iaculum tam longe, vel tam alte intorquere, atque ipse possit.

vers 18. Initium perobscurum et aegre explicabile est, atque paene aenigmaticum, praesertim cum allusione ad historiam arabicam, et ad morem Arabum ignem terebra excitandi, contextum sit. Sententia est, consiliariis vteris Ommiadis, necessariis tuis. quo fit vt recta consilia,

filia, et ab omnibus probata et inuenias et exsequaris, بنو العاص Banu 'lAs, et الاعياص ol Aias, et Asitae, sunt iidem cum Ommiadis. Sed العاص in singulari, et الاعياص in plurali est arbor, cuius lignum adhibere solebant Arabes ad terebras conficiendum eas, quibus ignis exterebatur. quem modum terebra lignea ignem excitandi pluribus exposuit Schultensius in Originum tomo primo, et Petrus Scriverius in historia Comitum Hollandiae. Et vt per ignem tenebrae illuminantur, vt ambulare tuto et res tuas expedite gerere possis, ita veritas et salubritas consiliorum prosperos rerum efficit successus. Ita factum vt lumen alicui accendere vel facem praeferre, idem sit atque eum docere, recte monere. Exterebratio ignis, vel accensio facis, metaphorice idem est atque agitatio atque susceptio bonorum et salutarium consiliorum.

vers 19. صنيعكم alloquitur et complectitur cum AbdolMaleco, Chalipha, caeteros, quoque Ommiadas, eius necessarios.

vers 20. Ludit in vocabulo شيعة in singulari grex, agmen, caterua, quod est laudabile, et شيع in plurali, sectae, factiones, haereses, quod in vitio ponitur, vnde Schiitae, haeretici.

vers 22. Situlam suam in puteum proiicere, est rogare, alicuius liberalitatem implorare.

Poeta se ait Chaliphae munificentiam precibus tentasse, neque sinistro euentu, sed liberalissime ab eo se acceptum, hospitio lautissimo habitum esse, splendidisque donis oneratum, domum redisse. الغراط *adaquatores* appellat alios Arabas, qui pari spe parique studio donorum e Campania in aulam venissent. Solebant Arabes Scenitae in vrbem itare, atque aulam Chalifarum velut obsessam tenere. Cateruis talibus Arabum Beduninorum mendicantium discedentibus continuo aliae cateruae pariter famelicae succedebant.

vers 23. Sententia verborum وحسن ثناء الوفد ان رجعوا *et pulchritudo laudis legatorum vbi redierint*, videtur haec esse. Legati tribus nostrae, cum ad vos, in aulam vestram peruenient, praedicabunt ad vos, quam magnifice ego, domum, ad gentiles meos reuersus, munificentiam vestram extulerim.

vers 24. Verba من دينه البدع *cuius religio sunt haereses*, notant Schiitas, seu asseclas Alitarum.

vers 25. Verba الجامعين الداما عدّ سعيهم *colligentes, cum enumeratur contentio eorum, collectionem liberalium*, significare videntur haec. Cum enumerantur laudes eorum, inter alias haec quoque laus praedicatur, eos operam dare

dare colligendis opibus, verumtamen eo modo, quo viri nobiles et honesti student rei faciendae, nempe vt habeant, vnde necessitatibus egentium et supplicantium succurrant.

vers 27. extremus ad verbum ita sonat. *Sed cum irruis, non est irruere, sicut tu irruis,* وقع et اوقع in quarta coniugatione, *irruere in aliquid*, est Arabibus idem, atque saeuire, grassari.

Versus penultimi sententia est. Nisi tu necessitatibus nostris satisfacis, nisi tu ea, quae effecta volumus, efficis, nemo alius faciet. Vbi autem tu necessitatibus nostris satisfecisti, tam luculenter et abundanter nos obruisti donis tuis, vt postmodum nulla possit exsistere indigentia noua. Particulae دون et وراء videbantur optime reddi posse, illa *citra*, haec *vltra*. Priusquam ad te veniatur, negotia nostra expediri nequeunt. ad te cum ventum atque a te discessum est, non est apparentia necessitatibus, h. e. nulli defectus possunt exsistere, munificentia tua exclusit et praeoccupavit omnes, quae postmodum incidere possunt, indigentias.



CLASSIS III. SPECIMEN III.

Fructus quosdam Musae Arabicae ex Hamasah sistens.

Hamasah illa puta, vetustiore, quam Abu Temam compilauit, quae etiam maior appellatur, et mole puta, et praestantia, et fama. Nam est alia quoque, ne illa quidem ignobilis, sed recentior, et minor, dignitate et ὄγκῳ, a Bochtario collecta. Suam Abu Temam in decem haec capita, siue libros mauis, digessit. In primum congessit fragmenta ad rem militarem et fortitudinis bellicae commendationem facientia; secundus liber epicedia complectitur; tertius gnomas de moribus et officiis; quartus erotica, quintus Satyras, sextus laudes hospitalitatis. septimus tenet ἐκφράσεις seu descriptiones rerum. octauus versatur in ratione Arabum itinera faciendi. nonus iocosa habet, decimus denique mulierum vitia exagitat. Primus et secundus horum librorum quales sint, satis e speciminibus a Schultensio seniore editis constat. Vt caeterorum quoque gustum habeamus, operam dabo, quamquam angustiae spatii, quo concludor, breuitatem imperant. Accipite itaque e tertio, qui prouerbiis Salomonis quodammodo similis est, haec pauca.

I. *Dixit*

I. *Dixit Iahja, filius Zejadi.*

ولما رايتُ الشيبَ لاح بياضُه بمفرق
راسي قلتُ للشيب مرحبا

ولو خفتُ اني ان كففتُ تحيّتي تنكّبَ
عنّي رمتُ ان يتنكّبا

ولكن اذا ما حلّ كرهٌ فسامحت به
النفس كان للكره اذهبا

Videns ego ſenii canitiem in vertice capitis mei eluceſcere, dixi ſenio: Bene veneris.
Quodſi ſperaſſem futurum, vt, ſi reprimerem ſalutationem, ſenium me deuitaret, vtique maluiſſem illud alio abire.
Verum mens malum ingruens molliter et comiter excipiens atque amice tractans, efficit vt malum illud hoc citius diſcedat.

Sententia eſt. Si malum veniens indignationis atque ſtomachi ſaeuitie auerti et repelli poſſet, vtique non defuiſſem mihi, ſed pulſans fores meas ſenium objurgaſſem, reieciſſem aſperrime, atque alio ablegaſſem. Verum quia id negatum erat, aequo animo ſuſcepi ferendam inevitabilem neceſſitatem. quo conſecutus

N 3 hoc

hoc ſum, vt iugi huius duritiem minus ſentiam.

II. *Dixit Maan filius Auſi.*

Carmini huic hiſtoriam eius praemittit his verbis commentator:

كان معن بن اوس له صديق وكان
معن متزوجا باخته فاتفق انه
طلقها وتزوج غيرها فآلي صديقه
الا يكلمه ابدا فانشاء معن يقول
يستعطف عليه قلبه ويسترقه وله في
الابيات ما يدل في القصة
وهو قوله

فلا تغضبن ان تستعار ظعينة
وتوشد اخري كل ذلك يفعل

Maano, filio Auſi, amicus erat, cuius ſororem Maan ſecum in matrimonio habebat. Sed eueniebat aliquando, vt Maan eam repudiaret, in eiusque locum aliam duceret domum. Amicus id factum aegerrime ferens, cum iurejurando negabat, ſe vnquam poſthac verbum cum Maano eſſe commutaturum. Quo ergo Maan iracun-

iracundiam eius placaret, atque ad ignoſcendum eum emolliret, hos verſiculos edidit, in quibus eſt vnus, huius facti ſignificationem habens; hic nimirum.

> Noli ſtomachari, cum vxor permuta-
> tur cum alia, amplexibus tenenda.
> Ecquis tandem hoc non facit?

[hoc eſt, vt vxor alia dimittatur, alia ei ſubſtituatur, quotidie fit, a nemine non.] Verum Abu Temam hunc verſum a collectione ſua excluſit. Carmen ſic habet:

لعمري ما ادري واني لاوجلُ علي ايّنا
تغدو المنية اولُ
واني اخوك الدايم العهد لم احل ان
ابزاك خصم او نبا بك منزلُ
احارب مَن حاربتَ مِن ذي عداوة
واحبس مالي ان غرمت واعقل
كانّك تشفي داءً منك مساءتي وسخطي
وما في ريثتي ما تعجّل

 وان

وان سوّتني يوما صفحت الي غد
ليعقب يوما منك اخر مقبل
ستقطع في الدنيا اذا ما قطعتني يمينك
فانظر ايّ كفٍّ تبدّل
وفي الناس ان رثّت حبالك واصلٌ وفي
الارض عن دار القلي متحوّل
اذا انت لم تنصف لخاك وجدته على
طرف الهجران ان كان يعقل
ويركب حدّ السيف ان تضيمه اذا لم
يجد عن شفرة السيف مزحل
وكنت اذا ما صاحبٌ رام ظنّتي وبدّل
سوأً بالذي كنت افعل
قلبت له ظهر المجنّ فلم ادم علي
ذاك الا ريثما انحول

Pro-

Profecto haud noui, (quamquam de me quidem male metuo) vtrum noſtrum duum fatalis neceſſitas citius ſit aggreſſura.

Ego ſum frater tuus, conſtans foederis, non mutor, etiamſi te inimicus oppreſſerit, aut manſio quaepiam te reiecerit.

Quocunque cum hoſte tu bellum geris, cum eodem ego quoque gero. Mulctam ſi quam tu debes, eam ego pro te de meo luo.

Et nihilominus tamen ita te geris, vt videaris morbo laborare, cuius haec ſit vnica ſanandi ratio, vt mala et iniurias mihi ingeras, et vt odio atque iracundia me infecteris. Verum non eſt in lentore meo id, quod tu feſtinas. [h. e. contendis, ſed fruſtra, tuis inimicitiis ad parem ſimultatem me proritare. Ego vero tam praecipitanter et temere non ago.]

Quod ſi tu me hodie laeſeris, ignoſco ad craſtinum; quo tuae huius diei alia dies ſuccedens excipiat vices.

Profecto ipſe tute dextram tibi tuam ſis amputaturus, ſi me repudies. Iam vide ecquamnam aliam dextram huic ſis ſuffecturus, vnde terrarum petendam?

Tui funes rupti ſi fuerint [h. e. neceſſitudo tua mecum prorſus ſublata] eſt in hominibus, qui ſuos mihi funes praebeat. Satis eſt orbis terrarum ſpatioſus, et locus

eſt, quo me vertam, domum ſimultatis fugiens.

Fratrem tuum niſi aequis et honeſtis modis habeas, inuenies eum, ſi ſapit, ſuper ora fugae et auerſationis.

Mucronem enſis citius equitet, quam vt ſe patiatur a te contumeliis et iniuriis opprimi, vbi nempe ab acie gladii nullum repererit effugium.

Meus hic mos eſt, ſocius ſi mihi ſit, qui ſimultates mihi offerat atque ingerat inuito; meamque beneficentiam contentione ſua mala mihi dandi rependat,

Scuti dorſum vt ei obiiciam, [h. e. planum ei facio teſtatumque, me non inultum iniurias accepturum; ſed vim vi repulſurum et tela intorta ſcuto opponendo defenſurum eſſe.] verum diutius in eo non maneo, quam donec alter animum mutauerit.

Nam pro poſtrema voce أتحول ſuſpicor leg. eſſe يتحول in tertia perſona, non prima. Verſu primo تغدى proprie ſignificat, *mane ſurgat*, vel *mane veniat* ſcil. adoriendi ergo. Arabes enim ſummo mane, primo diluculo, hoſtes ſuos, derepente venientes, opprimunt, non exſpectantes. Mors h. l. fingitur vt latro, vel bellator, ex inſidiis cooriens et te invadens

vadens. Versu 7. dictio رثت حبالكى *funes tui si diffluxerunt, vetustate et putredine dissoluti*, significat, amicitia tua mecum si desiit. Amici et eorum officia comparari solent ab Arabibus cum funibus, seu restibus. Quemadmodum reste vtimur, e. c. ad situlam in aquam demittendum, et aquam e puteo extrahendum, (et aqua, quam sitientes appetimus, symbolum est, rem quamcunque significans, cuius studio et desiderio tenemur) sic amicorum quoque opera imprimis vtimur, ad ea consequendum, quae appetimus. Quicunque nobis non videtur prodesse posse, cum eo amicitiam nullam contrahimus.

III. *Dixit Salem, filius Wabesah.*

احبُّ الفتي ينفي الفواحش شمعُه كانّ
بة عن كل فاحشة وقرا

سليمُ دواعي الصدر لا باسطا اذي
ولا مانعا خيرا ولا قايلا هجرا

اذا ما اتتْ من صاحبٍ لكى زلّةٌ فكن
انت محتالا لزلّته عُذرا

عني

غنيُ النفس ما يكفيك من سدّ خلّة

وان زادَ شيا عادَ ذاك الغني فقرا

Amo hominem, cuius auris turpitudinem quamque ſermonum reſpuit, quaſi in eo ſurditas eſſet, obſcoenitati impenetrabilis.

Cui ſani ſunt praecordiorum motus, qui nullam cuiquam creat moleſtiam, qui copiam bonorum ſuorum nemini denegat, qui ſutilia et ſcurrilia non blaterat.

A ſocio tuo ſicubi lapſus ad te profectus fuerit, [h. e. ſi te amicus quapiam in re offenderit] comminiſcere ipſe tute tibi excuſationem quandam offenſionis huius.

Diuitiae mentis cernuntur in eo, quod ſufficit ad explendum rimas indigentiae [vel neceſſitatis.] quicquid autem hunc diuitiarum modum excedit, id omne paupertas eſt.

Verſu 2. دواعي الصدر ſcite dictum, vocatrices, inuitatrices, illices pectoris, pro libidinibus, ſeu primo quoque impetu et motu animi ad appetendum aliquid, breuibus vt dicam, pro propenſionibus animi, quae menti res circumſtantes deſiderabiles et ſtudio dignas praemonſtrant. Die Reitze, eigentlich, die Ruferinnen des Herzens, ſind bey ihm geſund. das iſt, nicht

nicht verderbt. Ihn gelüstet nicht nach Bösen. باسط اذى expandens, h. e. dans, praebens, in medio proponens noxam, est is, qui volens, vltro, data opera, aliis fraudem, noxam, iniuriam iniungit. باسط respondet alteri opposito contrario مانع praebens noxam, denegans bonum. Simile ductum a tapete expanso, in quem confessum eunt omnes, qui congrediuntur, aut de stragula mensae instrata, cui dapes imponuntur.

IV. *Carminis huius autor ignoratur. nam nomen eius a meo codice abest.*

كم من لئيم ودّ انيّ شتمته وان كان شتمي فيه صابٌ وعلقمُ

وتّكفّ عن شتم اللئيم تكرّما اضرّ له من شتمه حين يشتمُ

O quot sunt homines degeneris, abiecti, sordidi et vitiosi animi, qui magni facerent, si a me conuiciis proscinderentur, tametsi obiurgatio mea ipsis perinde sit amara futura, atque succus expressus colocynthidis. [*Wie mancher säh̨e es gerne, und wüßte*

wüste mir es Dank, wenn ich ihn herunterriße. Aber das laße ich wohl bleiben. Ich bin zu stolz dazu. Ich halte zuviel auf meine Ehre. Mit Drecke besudele ich mich nicht].

Verum mea meimet repressio a conuitiando et criminando, a nobili profecta fastidio, quod me non patitur ad eam humilitatem descendere, vt spurcitie hominis impuri meam ipse dignitatem atque existimationem contaminem, nocet ei multo magis, multoque eum vrit acrius, quam si ab aliquo sui simili probris teterrimis obrueretur.

V. *Dixit Okeil, filius Ollacah, Morrensis.*

وللدهر اثوابٌ فكن في ثيابه كلبسته

يوما اجدَّ واخلقا

وكن اكيسَ الكَيْسَي ان كنتَ فيهم وان

كنتَ في الحمْقَي فكن انت احمقا

Fortuna rerum veste vtitur alia atque alia, modo recente et splendida, modo detrita et obsoleta. Imitare itaque tu illam in vestitu tuo.

Inter veteratores esto omnium astutissimus. Inter vecordes autem, aut furiosos, esto prorsus bellua.

Idem

Idem vocabulum أحمق duo vitia mentis multum inter ſe diuerſa ſignificat, tam tardum, ſtupidum, fungum, qui carens omni impetu, omni ſollertia, deſes et piger, prorſus nihil agit, ad omnia torpet, *den Pinſel, den Eſel*; quam nimis etiam incitatum, plane furioſum, ſaeuientem, audaciorem et violentiorem, quam par eſt. *den tollen wütenden Hund.* Non ſatis liquet, vtra ſignificatio hic obtineat. *Bey Klugen, ein Galgenvogel. bey Dummen eine Gans,* oder *bey Wilden eine Beſtie.*

VI. *Dixit Solamius, filius Rabiah.*

ان شوا ونشوة وخبب البازل الامون

يجشّمها المرءُ في الهوي مسافة
الغايط البطين

والبيض يرفلن كالدمي في الريط
والمذهب المصون

والكثرُ والخفضُ امنًا وشرعُ المزهر
الحنون

من لذّة العيش والفتي للدهر والدهر
ذو فنون

والعسر

والعسر لليسر والغني للعدم والحيّ
للمنون

Carnes assatae, et hilaritas atque vigor iuvenilis, et cursus incitatus [*das Galoppiren*] cameli iuuenci, firmi gressus,

Quem dominus, amores suos prosequens, ingentia spatia vallium profundissimarum peragrare cogat;

Et candidae puellae, gressu molli, aestuante et superbo incedentes, quasi sint simulacra quaedam marmorea idolorum, in vestibus sericeis, auro inclusis [*mit goldenen Dressen bordiret*] quae vestes solent in arcis diligenter abscondi et asseruari, ne sordes contrahant.

Et copiae rerum, et mollities atque commoditas vitae otiosae atque quietae, cum securitate coniuncta, et fides barbiti querulum tinnientes, quod mentem ad tenerrimam στοργὴν atque desiderium impatientissimum commoueat. [*Töne der Laute, die die Seele in Sehnsucht und Wehmut zerschmelzen*]

Haec sunt gaudia vitae. [haec tu raptim occupa.] Nam homo obnoxius est fortunae temporum; quae fortuna est varia.

Indigentiam manet opulentia. Diuitias manet carentia et egestas. Animatum omne oppigneratum est fatalibus necessitatibus.

VII. *Dixit*

VII. *Dixit nescio qui de tribu Bani Koreia.*

متي يرَ الناسُ الغنيَّ وجارُه فقيرٌ يقولوا
عاجزٌ وجليدُ .

وليس الغني والفقرُ من حيلة الفتي
ولكن احاظٍ قُسِمَتْ وجدود

ان المرءُ اعيَتْه المروءةُ ناشيا فمطلبها
كهلا عليه شديد

وكاين راينا من غنيٍّ مذمّمٍ وصعلوكِ
قومٍ ماتَ وهو حميدُ .

Homines videntes diuitem, cui ſit vicinus [vel cliens] pauper, dictitant: Ecce, hinc iners et debilis, illinc acer et fortis. [*Siehe da, ein Tropf, eine feige Memme, ein Bärenheuter, und dort ein wackrer, braver geſchickter tüchtiger Mann, der durch Verſtand und Emſigkeit doch gewuſt hat was vor ſich zu bringen.*]

Verum neque opulentia, neque egeſtas penes ingenium et induſtriam humanam ſunt. [*hangen von Klugheit und Willen der*

Menschen nicht ab.] Sed sunt sortes diuinitus pro arbitrio numinis distributae.

Adolescenti tibi si negatum fuerit ciuilitatem morum adipisci, [hoc est, siue oportunitate disciplinae caruisti, siue eam contemsisti, siue quamuis ei studeres, tamen per naturae feritatem, induere tibi morum elegantiam non valuisti] perquam arduum tibi erit seniori facto, cultum mentis quaerere.

Quot vidimus locupletes, ob sordes animi contemnendos et vituperabiles, et quot contra mendicos, qui fato suo defuncti, à popularibus tamen summis laudibus tollerentur.

VIII. *Nescio cuius.*

اضحتْ امورُ الناس يغشين عالما بما
يُتّقَي منها وما يُتعمّدُ

جديرٌ بان لا استكين ولا اُرَي اذا الامرُ
وّلي مُدبِرًا اُتبلّدُ

وانك لا تدري اذا جاء سايلٌ انتَ
بما تُعْطيهِ ام هو اسعد

عشي

عسي سايلٌ ذو حاجة منعتَه مِن اليوم
سولا يكون له غد

وفي كثرة الايدي لذي الجهل زاجرٌ
وَلَلْحلمُ للرجال ابغي واَعْوَنُ

Humanae res ſunt eiusmodi, vt vel prudentiſſimum quemque ſaepe caſibus opprimant horrendis et parum prouiſis.

Meam perſonam decet vt nequaquam trepidem neque, metu fractus, ad queſtuum et ſupplicationum degenerem humilitatem decidam, neque exſternatum me, conſiliiue inopem et perplexum geram, vbi fortuna ſecunda dorſum mihi obuerterit.

Profecto tu non noſti, cum ad te adit opem tuam implorans, vter veſtrum opis tuae auxilio fiat fortunatior atque beatior, tune, an ille. [h. e. vter maius beneficium accipiat, dans dando, an accipiens accipiendo. num tu largiens ſupplicanti maiorem honorem exhibeas, an ille tibi, qui dignetur accipienda tua ſtipe ſeſe tibi obligare.]

Facile fiat vt quem tu hodie rogatus, opis egentem repuleris, is mutata rerum vice cras te ſubleuare poſſit.

In multitudine beneficiorum conferendorum eſt ea vis, vt homines inſanos [h. e. cupi-

ditate et immanitate ardentes] compeſcat atque abſterreat, quo minus te iniuriis laceſſant. Ciuilitas vtique perennior eſt, atque efficacior, vt in viuis maneant homines, neque ſeſe mutuis caedibus et odiis deſtruant, et vt ope tua vſi eam ſaepius iterum atque iterum requirant atque frequentent; [vel etiam, ſi mauis ſic reddere, valentior ad efficiendum, vt officia tua paribus officiis ſuis rependant et compenſent.]

IX. *Dixit al Abbas, filius Merdaſi.*

ترى الرجلَ النحيفَ فتزدريه وفى اثوابه
اسدٌ مزيرُ

فيعجبك الطريرُ فتبتليه فيُخلِفُ
ظنَّك الرجلُ الطرير

فما عِظَمُ الرجال لهم بفخرٍ ولكن
فخرهم كرمٌ وخير

ضعافُ الطيرِ اطوَلُها جسوما ولم تَطُلِ
البُزاةُ والصقورُ

بُغاثٌ

بُغاث الطير اكثرها فراخا وام الصقر
مِقلات نَزور

لقد عَظُمَ البعير بغير لُبٍّ فلم يُستغنَ
بالعظم البعير

يصرّفه الصبيّ لكلّ وجه ويحبسه علي
الخسف الجرير

وتضربه الوليدةُ بالهراوي فلا غِيْرَ
لديه ولا نكير

Fiat interdum, vt quem tu videris hominem macilentum, eum tu ideo aſperneris, neſcius, ſub veſte eius latitare leonem rugientem.

Contra, vt admiratione ſui te defigat, tibique placeat homo procerus, liberali et eleganti forma conſpicuus; ſed qui, ad vſum abs te vocatus, exſpectationem tuam egregie fallat.

Non proceritas corporum, neque robur lacertorum hominibus argumentum gloriandi ſunt, ſed gloria eſt nobilitas animorum et beneficentia.

O 3 Vt

Vt volucres quaeque sunt infirmissimae atque ignauissimae, ita sunt eis corpora longissima. vulturi autem atque accipitri natura corpora dedit contractiora.

Timidissimae quaeque auium prole abundant. Vulturis autem mater aut non nisi semel, aut perraro parit.

Vastum est corpus camelo, sed corde caret; quo fit vt illa vasta moles corporis camelo [ad depellendas iniurias] nil prosit.

Puerulus illum omnes in partes quacunque vult versat [freno gubernans] et vel invitum retinet restis e pilis contortus et per nares eius traiectus.

Pari modo ancilla domi nata fustibus eum commulcat; et nihilominus tamen neque vindex ei est, neque dedignatio. [h. e. nemo vlciscitur eius iniurias neque ipse camelus queritur, sed vt meritas patienter tolerat.]

X. *Dixit Abdollah, filius Zabiri, Asadita.*

لا احسبُ الشرَّ جارا لا يغارقني ولا أُخُرَّ
علي ما فاتَني الوَدَجا

وما نزلتُ مِن المكروه منزلةً الّا وثقتُ بان
القي لها فرجا

Non

Non autumo, malum, a quo opprimar, vicinum esse, a quo liberari nequeam, neque, si quod bonum me effugerit, ob eam iacturam, ipse mihi manu mea venas iugalares incido.

Nunquam accessi ad conditionem iniquam, quin considerem, exitum ex ea me esse inuenturum.

XI. *Dixit Mohammed, filius Baschiri*

ماذا يكلّفك الروحات والدلجا البرّ طورًا
وطورا تركب اللججا

كم من فتي قصُرتَ في الرزق خطوتهُ
الفيتَه بسهام الرزق قد فلجا

ان الامور اذا انسدّتْ مسالكهُا فالصبرُ
يفتق منها ما ارتتجا

لا تايسّن وان طالت مطالبة اذا استعنتَ
بصبر ان تري فرجا

اخلق بذي الصبر ان يحظي بحاجته
ومُدْمِنُ القرع للابواب ان يلجا

 ابصرْ

ابصرْ لرجلكَ قبل الخطو موضعها فمن

علا زلقا عن غرّة زلجا

Ecquid necessitatem tibi imponit perpetuo, vesperis quibusque aut noctibus ingruentibus, proficiscendi, modo per terram continentem, modo per maria?

Quot homines, quorum gressus curtus est in quaestu faciendo, [h. e. qui summa contentione laborum ad faciendam rem tamen parum proficiunt] videas tamen aliquando derepente ex insperato sortes fortunae secundae adeptos esse.

Viae rerum etiamsi saepe sint impeditae et obstructae, tamen eas patientia reserat, et remouet obices.

Etiamsi longinquum absit, aut cunctetur id, quod patientia tua consectatur; noli tamen ideo desperare, quo minus a patientia tua adiutus ex angustiis aliquando ad amplitudinem elucteris.

Conuenit vtique vt patientia vsus studio suo potiatur, et vt, qui fores pultare perseueret, tandem aliquando introeat.

Sed, antequam gradum promoues, prouide vbi pedem ponas. Lubricum enim qui temere calcat, is labitur.

Versus secundi vocabulum septimum ita erat in codice meo ambigue exaratum, vt

vt dubitarem, vtrum خطوته *gressus eius*, id quod in latinis expressi, an حظوته *sors eius* leg. esset. Reticet poeta responsionem, quam interrogatio primo versu proposita exigit, quia facile cuique est eam tacite supplere. Scilicet, spes, qua alor, fore aliquando, vt in fortunam secundam ex insperato incurram. Voc. سهام versu 2. alludit ad sortes aleae. Versu postremo admonet ipse sese poeta, ne temere primum quemque, a quo lucelli quid speret, aggrediatur, eique carmina sua gratulatoria et encomiastica obtrudat, quia verendum sit, id quod saepe fit, vt hians coruus deludatur. Ne quem temere laudet, Musamque suam eo prostituat, nisi postquam animum cuiusque probe cognorit atque perspexerit. Conf. Theocriti Idyllium ad Hieronem, regem Syracusarum. Possit hic versus occini scriptoribus epistolarum dedicatoriarum, quorum pisciculi saepe ipso cum hamo auffugiunt, h. e. non tantummodo mercedis nihil dant, sed ne verbis quidem gratias referunt, dissimulantes silentio se scire, sibi a te unquam librum fuisse dedicatum. Noui, cui hoc euenit.

XII. *Dixit Hogjajjah, filius al Modharrebi.*

Praemittam huic carmini eandem narratiunculam, quam commentator arabicus ei praemisit his verbis قال ابو رياش يقال ان عايشة لما قُتِلَ محمد بن ابي بكر ارسلتْ اخاها عبد الله بن ابي بكر فجاء بابنه وبنتيه من مصر فلما جاء بهم اخذتْهم عنه عايشة وربّتْهم الي ان استقلّوا ثم ردّتهم الي عبد الرحمن فقالت لا تَجِدْ في نفسك من اخذي بني اخيك ولكنهم كانوا صبيانا فخشيتُ ان تتاقّفَ بهم نساوُك فكنتُ الطف بهم فخذْهم اليك فكن كما كان حجية بن المضرب لبني اخيه معدان وانشدتْه الابيات فيها

رحمت

ترحمت بني معدان اذ ساق مالهم
وحق لهم مني ورب المحصب

حدث ابو كناسة ان خصية بن
المضرب كان جالسا بفناء بيته
فخرجت جارية بقعب فيه لبن فقال
لها اين تريدين بالقعب فقالت بني
اخيك اليتامي فوجم واراح راعياه
ابله فقال اصفقاها نحو بني اخي
ثم دخل منزله فعاتبته امراة فقال
الابيات Auctor est Abu Riasch, Ajescham, [filiam Abi Becri, vxorem Muhammedis, prophetae Arabici,] in Aegyptum misisse fratrem suum, Abdallam, vt inde arcesseret liberos alterius fratris, Mohammedis, ibi peremti. [Mohammed nempe, filius Abi Becri, Alio deditus, ab eo praefectus fuerat Aegypto. verum aliquis de factione Moawiae Muhammedem ex insidiis occidebat.] Abdollah inde rediens, secum ad sororem adducebat tres liberos communis fratris, marem, et par filiarum. Hos, ab Abdollaho susceptos, Ajescha secum

cum tenebat et educabat, donec adoleuissent. tum vero reddebat eos fratri tertio, AbderRahmano, his cum verbis; Aegre, quaeso, ne feras, mi frater, quod liberos fratris tui tuendos susceperim, atque penes me tenuerim. [Fratri enim potius, quam sorori, conuenisset tutela orborum.] metuebam nempe, ne mulierculae tuae cura grauarentur eos lauandi et alendi, vt qui pueruli adhuc essent; ideoque eos auersarentur, et durius tractarent atque cum fastidio. Quapropter piam me ipsis matrem praebui. Iam suscipe tu illos, et praesta te ipsis talem, qualem Hogjajjah, filius al Modharrebi, se liberis fratris sui praestitit; cuius versus ipsi recitabat; in quibus etiam hic erat [ab Abu Temamo omissus]

Misertus sum filiorum Madani, quorum facultates ad nihilum deuenerant; id quod ipsis quoque de iure debebam, ita me dominus al Mohassabae amet. [Haec vallis glareosa est, prope Meccam, in locis religione Arabum consecratis. vult dicere per deum immortalem.]

Tradit Ibn Connasah, Hogjajjam aliquando sedentem in atrio sui tentorii vidisse praetereuntem ancillam quandam suam manu tenentem pateram ligneam lacte plenam. Quo tendis? ait. Ad liberos

beros fratris tui, orbos. Compunctus dolore fuit ab hac oratione Hogjajjah. [pigebat enim eum sui pudebatque, quod omisisset nepotibus suis de victu necessario prospicere, eoque commisisset, vt necesse illis esset, ab ancillae suae furtiuis elemosynis ali, sine quibus illis fame pereundum fuisset.] Vespere ergo cum e pastu domum redissent ambo eius pastores camelarii, cum gregibus, Vos vero, ait, propellite greges vestros versus liberos fratris mei. [Eoque satis superque de victu ipsis prospectum erat. nam Arabes e re pecuaria, praesertim camelorum altura, victitant.] Tum ingressus Hogjajja excipiebatur graui objurgatione vxoris [querentis, ab eo sibi suisque liberis panem necessarium e faucibus ereptum, alienis proiectum esse.] Ibi Hogjajjah hos versus fundebat.

لججنا ولجّتْ هذه في التغضّبِ وشدِّ
الحجابِ دوننا والتنقّبِ

تلوم علي مالٍ شغاني مكانهُ اليكِ
فلومي ما بدا لكِ واغضبي

رأيتُ

رايْتُ اليتامي لا تسدّ فقورَهم هدايا لهم
في كل قعب مشعّب

فقلتُ لعبدينا اريحا اليهم ساجعل بيتي
مثل اخر مغرّبِ

احقّ عيالي ان ينالوا خصاصة ويشربوا
رنقا الي حين مكسبي

ذكرتُ بهم عظام مَن لو اتيتُه حريبا
لاساني لدي كل مركب

اخوك الذي ان تَدْعُه لمُلمّةٍ يُجِبْك
وان تغضب علي السيف يغضبِ

Pertinaces fuimus in ſaeuo iurgio, et illa perſeuerauit in agendo partes iratae, et conſtringendo velum, quominus ad ſe accedere poſſem, et in obnubendo vultu ſuo obducta rica.

Reprehendit me ob opes, quarum bona collocatio vulnus cordis mei ſanauit. Reprehende et querere tu, per me quidem licebit, quantum voles, et ſtomachare et ſaeui.

Vide-

Videbam orbos, quorum indigentiam et famem non explent rara et modica dona ipsis oblata in pateris ligneis obsoletis vetustate et rimosis, ideoque interpolatis.

Quapropter ambobus nostris pastoribus imperabam, vt greges ad illos [orbos] propellerent. Profecto faciam domum meam similem domui alterius peregre profecti. [h. e. operam dabo vt familia fratris mei, iter ingressi irremeabile, nihilo sit meliore loco vel locupletior quam mea; seu, in locum earum facultatum, quas illis donaui, et quibus illos ita locupletes feci, vt copiis rerum mihi praestent, nouas opes quaeram, tam amplas, vt cum illorum opibus contendere queam.]

Meos necessarios [vxorem liberosque, et reliquam familiam] magis decet, [quam familiam defuncti fratris] vt parce duriterque victitent, et turbidum potent, donec, nouis quaerendis opibus, detrimentum hoc reparauero, voluntate mea contractum.

Illorum [orborum] recordatus, vna recordabar ossa putrescentia eius, ad quem si venissem spoliatus atque denudatus, profecto ille clades meas reparasset vnaquaque excursione.

Frater is vere tuus est, qui quocunque ingruente infortunio, vocatus praesto tibi sit, et cum tu iracundia accensus ensem corri-

corripias, parem tecum exardeſcat in iracundiam.

Verſu primo dictio بشد الحجاب *conſtringendo velum* ſignificat vxorem poetae ſe recepiſſe in gynaeceum ſuum, et velum ei obduxiſſe, atque id cônſtrinxiſſe, (nam in oriente oeci non januis, ſed velis, muniuntur, quae vela aut panduntur ab introeuntibus, exeuntibusue, aut loris conſtringuntur, cum alii aditu excludendi ſunt. Nam Arabes loris vela obſtringunt, non, quod nos factitamus, fores ſeris obſerant.) Vxor itaque velum loris conſtringendo id, per quod ex andronitide aditus ad gynaeconitin patebat, maritum ab acceſſu ad ſe excludebat, et ricam, *den Schleyer*, obducebat capiti ſuo, copiamque vultus ſui conſpiciendi marito denegabat, vt grauiter irata. verſu penultimo verba لدي كل مركب hoc volunt dicere. quotiescunque frater meus in equum inſediſſet, expeditionem militarem in hoſtes ſuſcepturus, toties inde cum praeda redux factus, praedae partem certo certius mihi contribuiſſet, ſi hac liberalitate indiguiſſem.

* * *

Hic finem faciam e libro tertio Hamaſae, qui eſt ethicus, vel gnomicus, locos excer-

excerpendi, quo locus ſuperſit, e reliquis quoque libris pauca quaedam delecta referendi. Eſto ergo e libro nono, jocoſa tenente, hoc vnum ſpecimen, quod eſt reliquorum iſtius libri carminum ordine primum. Sed praemittam eius hiſtoriam, a Commentatore his verbis traditam:

ذكر ابو العباس المبرّد ان المهلّب
بن ابي صفرة قال يوما وقد حميت
نايرة الحرب بينه وبين الخوارج
لابي علقمة اليحمدي امددنا
بخيل اليحمد وقل لهم اعيرونا
جماجمكم ساعة فقال ايها الامير
ان جماجمهم ليست بفخّار فتعار
واعناقهم ليست بكرّات فتنبت فقال
لحبيب ولده كرّ علي القوم فقال
يقول لي الامير بغير نصح . وقيل
البيتان للاعور الشنّي
قالهما للمهلب بن ابي صفرة

Tradidit AbulAbbas al Mobarred [grammaticus inter ſuos magni nominis] al Mohallebum, filium Abi Sofrah, aliquando, flagrante belli illius incendio, quod inter ipſum et Charegitas exarſerat, hac oratione compellaſſe Alkemam Iahmudenſem; Age, Alkemah, adduc ad me copias auxiliares equeſtres tribus tuae, et dic tribulibus tuis, meis verbis, haec: Vſuram ad breue tempus nobis date caluariarum veſtrarum. [*Leihet mir auf eine kleine Weile eure Hirnſchedel.*] Sed reſpondebat Alkemah: cum bona tua venia, domine Emir, ipſorum caluariae non ſunt ollae figlinae, quae in vſuram dari, et, vbi confractae fuerint, cum aliis permutari poſſint. neque ſunt eorum ceruices porra, (*Knoblochsſtiele,*) quae ſemel amputata rurſus creſcant. Tum imperabat filio Habibo: fac impetum in hoſtem. [Hic dubium relinquit, nimis et hic, vt paene vbique locorum eſt, curta et detruncata oratio, quis cui imperauerit; vtrum al Mohalleb, an Alkemah, et cuius filius Habib fuerit, illius, an huius. Probabilius tamen eſt, al Mohallebum, cum a patre nihil impetrare potuiſſet, conuerſum ad Alkemae filium, ei imperaſſe.] Verum Habib reſpondebat يغور لي h. e. diſtichon illud, quod ſtatim recitabimus. Sed alii

alii perhibent, distichon hoc profectum esse ab Alawaro Schennense, qui eo dicendo cupiditatem eiusdem al Mohallebi repressferit.

XIII.

يقول لي الامير بغير نصح تقدّم حين
جدّ بنا المراس

فما لي ان اطعتك من حياة وما لي بعد
هذا الراس راس

Imperat mihi imperator, profecto parum amice, vt impressionem in hostes faciam, conflictu saeuiente [*als es mit dem Streite hart und ernsthaft geworden war.*]

Mihi vero, vbi tibi paruero, alia nulla vita est, neque post hoc caput, aliud caput.

XIV. *Carminum in mulieres probrosorum hoc est postremum.*

ألام على بغضي لما بين حيّة وضبع
وتمساح تغشاك من بحر

تحاكي نعيما نزال سيف قبح وجهها

وصفحتنها لما بدت سطوة الدهر

هي الضربان في المفاصل خالينا وشعبة

برسام ضمنت الي النحر .

اذا اسفرت كانت لعينيك سُخْنَةً وان

تبرقعت فالغفر في غاية الغفر

وان حدّثت كانت جميعَ مصايبٍ موفرةً

تاتي بقاصمة الظهر

حديثٌ كقلع الضرس او نتّف شارب وغُنْجٌ .

كحطم الانف عِيلَ به صبر

وتَغْنَزٌ عن فلج (عُدِمْتُ حديثها)

وعن جبلي طيء وعن هرمي مصر

Reprehendor ob odium meum erga illud monſtrum, quod participat de natura viperae, et hyaenae, et crocodili, e Nilo derepente te ex inſidiis obruentis.

Refert

Refert vultus eius eam foeditatem atque tetricitatem, quam vulgare prouerbium secundae fortunae discedenti tribuit. Gena eius est tam horribilis, atque est saeuities aduersae fortunae.

Solus cum sola si es, [vel, sola cum est,] similis est dolori spastico articulorum [*dem Reissen in den Gliedern*] ad iugulum autem tuum vbi applices [h. e. amplectaris et osculeris] est genus aliquod pleuritidis.

Vultum nudum monstrans, reducta calyptra, creat oculis tuis lippitudinem [h. e. inflammationem] Vbi autem caput obnupserit, est paupertas in summo gradu.

Confabulans est globus malorum omnium, confertorum, secum afferens calamitatem vertebras dorsi comminuentem.

Sermo eius est vt euulsio dentis, aut carptio barbae. Gesticulationes eius blandae, ad alliciendum amorem tendentes sunt vt contusio nasi, omnem meam patientiam excedentes. [*ihre Grimassen und Caressen, Liebkosungen sind nicht auszustehen.*]

Renidet a dentium pari lacunoso [h. e. labia a dentibus restringens, ridendi ergo, aperit vastas duorum dentium intercapedines] (o si quis me ab eius sermone liberet!) dentium tam portentose ingentium, atque sunt duo illi in Thajitarum finibus montes, aut illae duae in Aegypto pyrami-


 des,

des, reliquarum circumſtantium pyramidum excelſiſſimae.

Nullus dubito fore non paucos, qui legentes hoc carmen, praeſertim poſtremum eius verſum, modulos Cantici Canticorum ſibi audire videantur, et quibus turris Migdol in mentem veniat. Orientalium haec nempe eſt indoles, vt nihil non ad immanem modum exaggerent. Primo verſu queritur poeta de ſtultitia quorundam, a quibus reprehenſus fuiſſet, ob odium, quo vxorem proſequeretur. Nil profecto, ait, illi ſint hanc meam averſationem miraturi, neque me notaturi, ſi vitia meae vxoris tam probe noſſent, atque ego noui. *Reprehendor*, ait, mirabundus et ſtomachans idem. Fierine poteſt, vt ſint homines, tam iniqui, tam tardi, et prorſus fatui, qui me ob odium talis foeminae reprehendant? Verſu 2. alludit ad prouerbium arabicum, quo res, cuius foeditatem incredibilem tu ſignificare velis, dicitur eſſe أقبح من نعيم زال foedior adſpectu, quam vita fortunata, mollis et beata, quae diſceſſit. Ecquem enim fugit, quam triſtis, quam tetricus, et obſcoenus et luctuoſus atque indignationis, fremitus et deſperationis plenus ſit vultus hominis magnis e copiis,

piis, ex amplitudine et lautitie ſumma, ad mendicitatem redacti. Verſu quarto alludit ad morem Arabum loquendi ſatis notum, illum, quo res quasque ſecundas, laetas, exoptatas, قرة العين *frigus* vel *refrigerium oculorum* appellant, et pari modo contra res quasque aduerſas, flebiles, deplorabiles سخنة العين *excalefactionem oculorum*, h. e. eas, quae lacrymas cieant, quae lacrymae oculos inflamment. Soli, quod incolunt Arabes a ſolibus peruſtum, ea eſt natura, vt lippitudo paene cognata ipſis ſit valetudo. quo fit vt quaecunque ardorem illum oculorum, a quo tam horribiliter cruciantur, reſtinguant, ab ipſis appetantur flagrantiſſime. Verſu quinto قاصمة الظهر eſt in numero epithetorum illorum, quibus Alcoranus diem nouiſſimam deſignat, qua ſcelerati poenis aeternis damnabuntur. Verſu 6. qui recogitet, quantus et dolor ſit, ſi cui pili barbae ſinguli ſigillatim euellantur, et quanta penes Arabas contumelia, barba multatum conſpici, is ſentiet, quam abominabilis et deteſtabilis Arabi peſtis ſit barbae euulſio.





CLASSIS IV. CORANICA

SPECIMEN I.

Suratam XLVII. de Bello *exhibens.*

سورة محمد صلي الله عليه وسلم

مدنية اربعون اية ۞

بِسْمِ اللّٰهِ الرَّحْمَنِ الرَّحِيْمِ ۞

1 اَلَّذِيْنَ كَفَرُوا وَصَدُّوا عَنْ سَبِيْلِ

2 اللّٰهِ اَضَلَّ اَعْمَالَهُمْ ۞ 2 وَالَّذِيْنَ آمَنُوا

وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ وَآمَنُوا بِمَا نُزِّلَ

عَلَى مُحَمَّدٍ وَهُوَ الْحَقُّ مِنْ رَبِّهِمْ

كَفَّرَ عَنْهُمْ سَيِّئَاتِهِمْ وَاَصْلَحَ بَالَهُمْ ۞

3 3. ذَلِكَ بِاَنَّ الَّذِيْنَ كَفَرُوا اتَّبَعُوا

الْبَاطِلَ

الْبَاطِلَ وَأَنَّ الَّذِيْنَ آمَنُوا اتَّبَعُوا
الْحَقَّ مِنْ رَبِّهِمْ كَذٰلِكَ يَضْرِبُ
4 اللّٰهُ لِلنَّاسِ أَمْثَالَهُمْ ۞ .4 فَإِذَا لَقِيْتُمُ
الَّذِيْنَ كَفَرُوا فَضَرْبَ الرِّقَابِ حَتَّي
إِذَا أَثْخَنْتُمُوهُمْ فَشُدُّوا الْوَثَاقَ ۞
5 فَإِمَّا مَنًّا بَعْدُ وَإِمَّا فِدَاءً حَتَّي
تَضَعَ الْحَرْبُ أَوْزَارَهَا ذٰلِكَ وَلَوْ
يَشَآءُ اللّٰهُ لَانْتَصَرَ مِنْهُمْ وَلٰكِنْ
لِيَبْلُوَ بَعْضَكُمْ بِبَعْضٍ وَالَّذِيْنَ قُتِلُوا
فِيْ سَبِيْلِ اللّٰهِ فَلَنْ يُضِلَّ أَعْمَالَهُمْ *
6 .6 سَيَهْدِيْهِمْ وَيُصْلِحُ بَالَهُمْ *
7 وَيُدْخِلُهُمُ الْجَنَّةَ عَرَّفَهَا لَهُمْ *

8 ٨ يَا اَيُّهَا الَّذِيْنَ آمَنُوا اِنْ تَنْصُرُوا
اللّٰهَ يَنْصُرْكُمْ وَيُثَبِّتْ اَقْدَامَكُمْ *
9 .٩ وَالَّذِيْنَ كَفَرُوا فَتَعْسًا لَهُمْ وَأَضَلَّ
10 اَعْمَالَهُمْ * .١٠ ذَلِكَ بِأَنَّهُمْ كَرِهُوا مَا
اَنْزَلَ اللّٰهُ فَأَحْبَطَ اَعْمَالَهُمْ *
11 .١١ اَفَلَمْ يَسِيْرُوا فِي الْأَرْضِ فَيَنْظُرُوا
كَيْفَ كَانَ عَاقِبَةُ الَّذِيْنَ مِنْ
قَبْلِهِمْ دَمَّرَ اللّٰهُ عَلَيْهِمْ وَلِلْكَافِرِيْنَ
12 اَمْثَالُهَا * .١٢ ذَلِكَ بِأَنَّ اللّٰهَ مَوْلَي
الَّذِيْنَ آمَنُوا وَأَنَّ الْكَافِرِيْنَ لَا
13 مَوْلَي لَهُمْ * .١٣ اِنَّ اللّٰهَ يُدْخِلُ
الَّذِيْنَ اَمَنُوا وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ
جَنَّاتٍ

جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا الْأَنْهَارُ

وَالَّذِينَ كَفَرُوا يَتَمَتَّعُونَ وَيَأْكُلُونَ

كَمَا تَأْكُلُ الْأَنْعَامُ وَالنَّارُ مَثْوًي

14 لَهُمْ * .14 وَكَأَيِّنْ مِنْ قَرْيَةٍ هِيَ

أَشَدُّ قُوَّةً مِنْ قَرْيَتِكَ الَّتِي أَخْرَجَتْكَ

15 أَهْلَكْنَاهُمْ فَلَا نَاصِرَ لَهُمْ * .15 أَفَمَنْ

كَانَ عَلَي بَيِّنَةٍ مِنْ رَبِّهِ كَمَنْ

زُيِّنَ لَهُ سُوءُ عَمَلِهِ وَاتَّبَعُوا أَهْوَاءَهُمْ *

16 .16 مَثَلُ الْجَنَّةِ الَّتِي وُعِدَ الْمُتَّقُونَ

فِيهَا أَنْهَارٌ مِنْ مَاءٍ غَيْرِ آسِنٍ وَأَنْهَارٌ

مِنْ لَبَنٍ لَمْ يَتَغَيَّرْ طَعْمُهُ وَأَنْهَارٌ مِنْ

17 خَمْرٍ لَذَّةٍ لِلشَّارِبِينَ * .17 وَأَنْهَارٌ

مِن

مِنْ عَسَلٍ مُصَفًّي وَلَهُمْ فِيْهَا مِنْ كُلِّ
الثَّمَرَاتِ وَمَغْفِرَةٌ مِنْ رَبِّهِمْ كَمَنْ هُوَ
خَالِدٌ فِي النَّارِ وَسُقُوا مَآءً حَمِيْمًا
18 فَقَطَّعَ أَمْعَآءهُمْ * .18 وَمِنْهُمْ مَنْ يَسْتَمِعُ
اِلَيْكَ حَتَّي اِذَا خَرَجُوا مِنْ عِنْدِكَ
قَالُوا لِلَّذِيْنَ أُوتُوا الْعِلْمَ مَا ذَا قَالَ
آنِفًا أُولَـٰئِكَ الَّذِيْنَ طَبَعَ اللّٰهُ عَلَي
19 قُلُوبِهِمْ وَاتَّبَعُوا اَهْوَآءهُمْ * .19 وَالَّذِيْنَ
اهْتَدَوا زَادَهُمْ هُدًي وَآتَيْهُمْ تَقْوَيهُمْ *
20 .20 فَهَلْ يَنْظُرُونَ اِلَّا السَّاعَةَ اَنْ
تَأْتِيَهُمْ بَغْتَةً فَقَدْ جَآءَ اَشْرَاطُهَا فَأَنَّي
21 لَهُمْ اِذَا جَآءتْهُمْ ذِكْرَاهُمْ * .21 فَاعْلَمْ
اَنَّهُ

اَنَّهُ لَا اِلَهَ اِلَّا اللَّهَ وَاسْتَغْفِرْ لِذَنْبِكَ

وَلِلْمُؤْمِنِيْنَ وَالْمُؤْمِنَاتِ وَاللَّهُ يَعْلَمُ

22 مُتَقَلَّبَكُمْ وَمَثْوَاكُمْ * .22 وَيَقُولُ

اَلَّذِيْنَ آمَنُوا لَوْ لَا نُزِّلَتْ سُورَةٌ

فَاِذَا اُنْزِلَتْ سُورَةٌ مُحْكَمَةٌ وَذُكِرَ

فِيْهَا الْقِتَالُ رَأَيْتَ الَّذِيْنَ فِيْ

قُلُوبِهِمْ مَرَضٌ يَنْظُرُونَ اِلَيْكَ نَظَرَ

الْمَغْشِيِّ عَلَيْهِ مِنَ الْمَوْتِ فَأَوْلَى لَهُمْ

23 طَاعَةٌ وَقَوْلٌ مَعْرُوفٌ * .23 فَاِذَا

عَزَمَ الْاَمْرُ فَلَوْ صَدَقُوا اللَّهَ لَكَانَ

24 خَيْرًا لَهُمْ * .24 فَهَلْ عَسَيْتُمْ اِنْ تَوَلَّيْتُمْ

اَنْ تُفْسِدُوا فِي الْاَرْضِ وَتُقَطِّعُوا

اَرْحَامَكُمْ 25

25 أَرْحَامَكُمْ* .25أُولَيِكَ الَّذِينَ لَعَنَهُمُ
اللَّهُ فَأَصَمَّهُمْ وَأَعْمَي أَبْصَارَهُمْ*
26 .26أَفَلَا يَتَدَبَّرُونَ الْقُرْآنَ أَمْ عَلَي
27 قُلُوبٍ أَقْفَالُهَا* .27إِنَّ الَّذِينَ ارْتَدُّوا
عَلَي أَدْبَارِهِمْ مِنْ بَعْدِ مَا تَبَيَّنَ
لَهُمُ الْهُدَي الشَّيْطَانُ سَوَّلَ لَهُمْ
28 وَأَمْلَي لَهُمْ* .28ذَلِكَ بِأَنَّهُمْ قَالُوا
لِلَّذِينَ كَرِهُوا مَا نَزَّلَ اللَّهُ
سَنُطِيعُكُمْ فِي بَعْضِ الْأَمْرِ وَاللَّهُ
29 يَعْلَمُ أَسْرَارَهُمْ* .29فَكَيْفَ إِذَا
تَوَفَّتْهُمُ الْمَلَائِكَةُ يَضْرِبُونَ وُجُوهَهُمْ
30 وَأَدْبَارَهُمْ* .30ذَلِكَ بِأَنَّهُمُ اتَّبَعُوا

مَا

مَا أَسْخَطَ اللّٰهَ وَكَرِهُوا رِضْوَانَهُ
فَأَحْبَطَ أَعْمَالَهُمْ * .31 أَمْ حَسِبَ 31
الَّذِينَ فِي قُلُوبِهِمْ مَرَضٌ أَنْ لَنْ
يُخْرِجَ اللّٰهُ أَضْغَانَهُمْ * .32 وَلَوْ نَشَآءُ 32
لَأَرَيْنَاكَهُمْ فَلَعَرَفْتَهُمْ بِسِيمَاهُمْ
وَلَتَعْرِفَنَّهُمْ فِي لَحْنِ الْقَوْلِ وَاللّٰهُ
يَعْلَمُ أَعْمَالَكُمْ * .33 وَلَنَبْلُوَنَّكُمْ 33
حَتَّى نَعْلَمَ الْمُجَاهِدِينَ مِنْكُمْ
وَالصَّابِرِينَ وَنَبْلُوَ أَخْبَارَكُمْ * .34 إِنَّ 34
الَّذِينَ كَفَرُوا وَصَدُّوا عَنْ سَبِيلِ
اللّٰهِ وَشَاقُّوا الرَّسُولَ مِنْ بَعْدِ مَا
تَبَيَّنَ لَهُمُ الْهُدَى لَنْ يَضُرُّوا اللّٰهَ
شَيْئًا

35 شَيْئًا وَسَيُحْبِطُ أَعْمَالَهُمْ * .35 يَآ
أَيُّهَا الَّذِينَ آمَنُوا أَطِيعُوا اللَّهَ
وَأَطِيعُوا الرَّسُولَ وَلَا تُبْطِلُوا
36 أَعْمَالَكُمْ * .36 إِنَّ الَّذِينَ كَفَرُوا
وَصَدُّوا عَنْ سَبِيلِ اللَّهِ ثُمَّ مَاتُوا
وَهُمْ كُفَّارٌ فَلَنْ يَغْفِرَ اللَّهُ لَهُمْ *
37 .37 فَلَا تَهِنُوا وَتَدْعُوا إِلَي السَّلْمِ
وَأَنْتُمُ الْأَعْلَوْنَ وَاللَّهُ مَعَكُمْ وَلَنْ
38 يَتِرَكُمْ أَعْمَالَكُمْ * .38 إِنَّمَا الْحَيَوٰةُ
الدُّنْيَا لَعِبٌ وَلَهْوٌ وَإِنْ تُؤْمِنُوا
وَتَتَّقُوا يُؤْتِكُمْ أُجُورَكُمْ وَلَا
39 يَسْئَلْكُمْ أَمْوَالَكُمْ * .39 إِنْ
يَسْئَلْكُمُوهَا

يَسْئَلْكُمُوهَا فَيُحْفِكُمْ تَبْخَلُوا
وَيُخْرِجْ أَضْغَانَكُمْ * .40 هَاأَنْتُمْ 40
هَؤُلَاءِ تُدْعَوْنَ لِتُنْفِقُوا فِي سَبِيلِ
اللَّهِ فَمِنْكُمْ مَنْ يَبْخَلُ وَمَنْ
يَبْخَلْ فَإِنَّمَا يَبْخَلُ عَنْ نَفْسِهِ وَاللَّهُ
الْغَنِيُّ وَأَنْتُمُ الْفُقَرَاءُ وَإِنْ تَتَوَلَّوْا
يَسْتَبْدِلْ قَوْمًا غَيْرَكُمْ. ثُمَّ لَا
يَكُونُوا أَمْثَالَكُمْ ✡

Surata, Mohammed *super quo sit benedictio Dei et pax*, *Medinensis, quadraginta versuum.*

1 Qui infideles fuerint et auerterint *alios* a via Dei; errare faciet *Deus* opera eo-
2 rum (*id est inutilia reddet*). Qui vero fideles fuerint, et fecerint recta, et crediderint in id, quod demissum fuit super Mohammedum (et ipsum est veri-

tas a Domino eorum) expiabit ab eis
a) proſperabit. mala eorum, et rectificabit *a*) intentio-
3 nem eorum. Hoc *eueniet*, eo quod,
qui infideles fuerunt, ſecuti ſunt va-
nitatem: et quia, qui fideles fuerunt,
ſecuti ſunt veritatem a Domino ſuo.
Ita proponit hominibus ſimilitudi-
nes eorum (*ideſt fidelium et infidelium*).
4 Cum ergo repereritis eos, qui ſunt in-
fideles, percuſſio ceruicum (*ideſt per-
cutite ceruices eorum*) donec feceritis
ſtragem multam eorum. Tum robo-
rate vinculum (*ideſt alligate vinculis,
5 et captiuos ducite reliquos*). Porro ſi-
ue gratuita dimiſſio poſtea; ſiue re-
demptio (*ideſt, ſiue liberos, et gratis
dimittetis: ſiue pretium pro redemptio-
ne eorum capietis*) donec deponat bel-
lum onera ſua (*ideſt donec hoſtes arma
deponant, et vel fidem, vel pactum, ſeu
tributum impoſitum accipiant.*) Hoc
ſeruabitis. Quod ſi vellet Deus, cer-
te vltionem ſumeret ex illis *ſine opera
veſtra.* Sed *id vult*, vt probet alios
veſtrum per alios (*ideſt fideles per in-
fideles*). Illi porro, qui occiſi fuerint
pro via Dei, nullo modo aberrare fa-
ciet *Deus* opera eorum (*ideſt, relin-
6 quet ea ſine mercede*). Diriget eos, et
7 rectificabit intentionem eorum. Et
introducet eos in Paradiſum, quem
noti-

8 notificauerat eis. O qui *a*) credidi-
stis, si adiuueritis Deum, *pugnando*
pro fide illius: adiuuabit vos: et fir-
9 mabit pedes vestros. Qui vero in-
fideles fuerint, exitium *erit* eis: et
aberrare faciet *Deus* opera eorum.
10 Hoc *eueniet eis*, quia ipsi abhorrue-
runt id, quod demisit Deus (*idest*
praeceptum pugnandi pro fide) propte-
rea inutilia facta sunt opera eorum.
11 An ergo non peragrauerunt terram,
et inspexerunt, cuiusmodi fuerit cul-
tus eorum, qui fuerunt ante ipsos?
Disperdidit Deus illos. Infidelibus
autem *conueniunt* similitudines eius
12 (*idest similis exitus malus*). Hoc *erit*,
eo quod Deus *sit* patronus eorum,
qui crediderunt: et quod incredulis,
13 non sit patronus eis. Profecto Deus
introducet eos qui crediderint, et
operati fuerint recta, in hortos, cur-
runt de sub ipsis flumina. Qui vero
infideles fuerint, deliciis indulge-
bunt, et comedent, sicut comedunt
pecudes: et ignis *erit* receptaculum
14 eorum. Quot vero ex vrbibus erant
valentiores robore, quam *sit Mecca*
vrbs tua, quae eiecit te: *et tamen*
perdidimus eas: et non *fuit* adiutor
15 illis? An ergo, qui fuerit super de-
clarationem a Domino suo (*idest, qui*

a) crediderunt.

illuminatus fuerit a Deo in fide) *erit,* ſicut ille, cui adornatum fuit malum operis ſui *(ideſt, ſpecioſum apparere factum fuerit a Daemone)* et ſecuti ſunt
16 deſideria ſua? Similitudo Paradiſi, qui promiſſus eſt timoratis: in eo *ſunt* flumina aquae incorruptibilis: et flumina ex lacte; cuius non immutatur guſtus, et flumina ex vino ſuaui bibentibus.
17 Et flumina ex melle defaecato: et ipſis in eo *erit copia* ex omnibus fructibus: et indulgentia a domino ſuo. *An vero, qui huiusmodi felicitate fruetur, erit,* ſicut ille, qui eſt perpetuo moraturus in igne; et potabuntur aqua feruentiſſima, ita vt
18 diſcindat viſcera eorum? Et ex ipſis *(ideſt infidelibus)* quidam aures praebent tibi, donec vbi egreſſi fuerint a te, dicunt illis, quibus data eſt ſcientia: Quid *eſt,* quod dixit nunc? Hi *ſunt*, quorum impreſſit ſigillum Deus, ſuper corda illorum, et ſectati
19 ſunt concupiſcentias ſuas. Qui vero directi fuerint, augebit illis *Deus* directionem, et dabit illis timorem eo-
20 rum *de igne Gehennae.* An vero expectant *infideles*, niſi Horam, vt ſuperueniat illis repente? Iam vero venerunt conditiones (*ideſt ſigna* illius). Quomodo vero *erit* ipſis, poſtquam adue-

aduenerit illis commonitio eorum? (*ideſt, quomodo poterunt tunc commo-
21 *ueſieri, et reſipiſcere.*) Scito ergo, quod non eſt Deus praeter Deum: et indulgentiam poſtula pro delicto tuo, et pro fidelibus *viris*, et fidelibus *feminis*. Et Deus ſcit *b*) occupationem veſtram (*ideſt, exercitia et labores veſtros diurnos*) et receptaculum veſtrum (*ideſt, quo vos recipiatis ſero*
22 *ad quietem*). Et dicunt, qui crediderunt: Niſi demiſſa fuerit Sura *aliqua, qua praecipiatur nobis bellum; non exibimus ad pugnam.* Vbi vero demiſſa fuerit ſura ſtabiliter diſpoſita (*ideſt non obnoxia abrogationi, ſicut caeterae*) et commemoratum fuerit in ea bellum: videbis eos, quorum in cordibus *eſt* morbus (*ideſt infidelitas*) aſpicient ad te aſpectu eius, qui coopertus ſit a morte *ideſt triſti, ac veluti moribundi*). Atqui melius eſſet illis obedientia, et dictum conueniens, *quo*
23 *ſe promptos ad bellum exhiberent.* Vbi vero firmatum fuerit praeceptum *de praelio*: ſi fideles fuerint Deo, certe
24 melius *erit* illis. An ergo in promptu fuiſtis, ſi deſciuiſſetis ab obedientia, vt corrumperetis Terram *per latrocinia*, et reſcinderetis (i. *violaretis*) con-
25 ſanguinitates veſtras? Hi *ſunt*, qui-

b) Conuerſationem.

 bus

bus maledixit Deus, et surdos reddidit eos, et excaecauit oculos eo-
26 rum. An ergo non perpendunt Alcoranum? An super corda sunt serae
27 eorum (*idest cordium*)? Certe qui retrouersi fuerint super terga sua, postquam innotuit eis directio: Satanas adornabit ipsis *malum, quod fecerunt*, et implebit eos *opibus ad eos decipien-*
28 *dos.* Hoc *euenit eis*, quia ipsi dixerunt *secreto* iis, qui abhorrebant id, quod demiserat Deus (*idest praeceptum de praelio*). Obediemus vobis in parte praecepti. At Deus nouit secreta
29 eorum. Quomodo ergo *se habebunt*, cum morti tradent eos Angeli, *et* percutient facies eorum, et terga eo-
30 rum *uncis ferreis?* Hoc *eueniet illis*, eo quod ipsi secuti fuerint id, quod ad iram prouocabat Deum, et auersati sunt beneplacitum eius: propterea inutilia reddidit opera eorum.
31 An existimant illi, quorum in cordibus *est* morbus, quod non manifestaturus sit Deus simultates eorum
32 *contra fideles?* Quod, si vellemus, certe ostenderemus tibi eos, ita vt certe cognosceres eos ex signis eorum: sed certe cognosces eos ex *a*) sono vocis: et Deus nouit opera ve-
33 stra. Et quidem tentabimus vos, donec

a) parua pronunciatione sermonis.

donec cognoſcamus ſtrenue certantes ex vobis, et conſtanter ſuſtinentes, et probemus nuncia veſtra (*ideſt opera veſtra, ſeu quomodo vos geratis in*
34 *bello*). Porro, qui infideles fuerint, et auerterint *alios* a via Dei, et ſchiſma fecerint contra Legatum (*ideſt Mahumetum*) poſtquam innotuit ipſis directio: non nocebunt Deo quidquam: et *ipſe* vana reddet opera eo-
35 rum. Et qui a) crediſtis, obedite Deo, et obedite Legato: et ne vana
36 reddatis opera veſtra. Profecto, qui infideles fuerint, et auerterint *alios* a via Dei: deinde mortui fuerint, et ipſi infideles (*ideſt in infidelitate*) nunquam ignoſcet illis Deus.
37 Ne ergo molles efficiamini *erga hoſtes veſtros*, neque inuitetis *eos* ad concordiam, dum vos *ſitis* ſuperiores. Deus enim *erit* vobiscum, et non imminuet vobis opera veſtra.
38 Certe vita mundana eſt ludus, et iocus: ſi vero credideritis, et timueritis *Deum*, dabit vobis mercedes veſtras. Neque exigit a vobis facultates veſtras *omnes*, *ſed tantum partem*
39 *earum*. Si requireret a vobis eas, ita vt inſtanter exigerent a vobis: auari fueritis, et produceret odia veſtra *contra Religionem, quae talia praecepit*.

a) crediderunt.

40 Ecce vos *eſtis* illi, qui inuitamini, vt expendatis *aliquam partem rerum veſtrarum* pro via Dei: et tamen ex vobis quidam ſunt auari. Sed, qui auarus fuerit, certe auarus erit contra animam ſuam. Et Deus *eſt* diues: vos autem pauperes. Quod ſi tergiuerſati fueritis, ſubſtituet *alios* homines praeter vos, *qui* deinde non ſint ſimiles veſtri.

ADNOTATIONES.

Duplici inſcriptione Surata haec gaudet. Altera enim, quam exhibet *Marraccius*, haec eſt:

سورة القتال مدنية وهي ثمان
وثلاثون آية

Surata, *Bellum,* Medinenſis, commatum triginta octo.

Et ſicut prior inſcriptio apud Hinckelmannvm obuia deſumta eſt ex verſu 2do, quia in illo nominatur *Mohammed,* cui conſueta benedicendi formula hic adiecta eſt, de qua conferri poteſt ſupra p. 86; ita poſterior haec inſcriptio, quam apud Marraccivm deprehendimus, deſumta eſt ex vers. 22. quia in illo nominatur *Bellum,* illudque contra Meccanos atque alios infideles indicitur. In vtraque inſcriptione Surata haec vocatur Medinenſis; quidam tamen excipiunt verſum decimum quartum: *Quot vero ex vrbibus* etct. immo nonnulli faciunt totam Meccanam. Quod in magno apud

apud Moslemos Surata haec habeatur pretio, docet notum apud illos effatum: Qui Suram hancce legerit كان حقا علي الله ان يسقيه من انهار الجنة *debitum erit Deo, vt potet eum ex fluminibus paradisi.*

Apud quosdam, quos secutus est Marraccius, versus numerantur triginta octo. Alii vnum superaddunt. Et alii tandem, a quorum partibus stat Hinckelmannus, quadraginta enumerarunt versus. Quae versuum in numero discrepantia non a mole materiae, quae vbiuis eadem est, sed a limite varia ratione in versibus constituto dependet, sicut infra ad vers. 16. indicabimus.

ad vers. 1.

أَضَلَّ Praeteritum Conj. IV. a rad. ضَلَّ *aberrauit, periit,* significat *aberrare fecit, perdidit.* Verba igitur: *errare faciet Deus opera* eorum, quae ex mente Marraccii indicant *inutilia reddet,* melius verti possunt: opera eorum perdet, siue perire sinet. Ad quod illustrandum conferri potest Psalm. I, 6. דרך רשעים תאבד:

ad vers 2.

Vocabulum بَالٌ non solum significat *cor, animum* et *intentionem,* sed etiam *statum.* Verba vltima commatis huius recte proinde verti possunt: *prosperabit,* siue *conuenientem faciet statum eorum.*

ad vers 3.

أَمْثَالٌ pluralis τῦ مَثَلٌ *similitudo, forma,* significat hoc loco exempla et typos. Et vltima huius commatis verba indicant, quod Deus proponat hominibus exempla fidelium et infidelium, vt ex illis prudenter agere discant.

ad vers 4.

Cum ergo repereritis eos,] Verbum لَقِيتُمُ est a rad. لَقَا vel لَقِيَ, 2 perf. plur. Praeteriti Coni. I. collat. §. 48. II, 2. et obs. 1. in qua Gjesma super vltima littera ob Wesla sequens in Damma mutatum est §. 14. III. obs. 2. β. Et quia verbum لقا non solum significat *reprehendit, reperiit,* sed etiam *incidit* in aliquid, *occurrit*, etiam *in conflictu*; verba ista melius vertuntur: *cum vero inuadetis eos* etct. sicut cl. MEGERLINVS in versione sua germanica Alcorani totum comma haud male transtulit: Wann ihr aber die, so unglaubig, angreift: so schlaget ihnen die Köpfe ab, so lange biss ihr sie in der Menge niedergemacht habt: und leget (den übrigen) feste Fesseln an: und lasset sie entweder umsonst loss, oder fordert von ihnen Lösegeld; biss der Krieg seine Beschwerden niedergelegt.

Notan-

Notandum tamen eſt, quod Wesla mox nominatum apud HINCKELMANNVM ſupra Elif fuerit omiſſum, quod autem apud MARRACCIVM recte deprehenditur *). Et ſic quoque Wesla illud in verſibus praecedentibus et ſequentibus ſupra *Elif* apud Hinckelmannum vt plurimum deficiens **), itemque Hamſa infra vel ſupra *Elif* omiſſum *,*), rectius a MARRACCIO exprimitur; e contrario Gjeſma ſupra lite-

*) Nam apud MARRACCIVM legitur تَغِيبُتُمْ ٱلَّذِينَ.

**) v. g. in formula praeliminari pro noſtra lectione Hinckelmanniana apud MARRACCIVM invenitur ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَٰنِ ٱلرَّحِيمِ it. vers. 1. ٱللَّهِ. vers. 2. وَٱلَّذِينَ. vers. 3. ٱتَّبَعُوا. ٱلْحَقَّ. ٱلصَّالِحَاتِ. ٱلْبَاطِلَ etct.

,) Sic enim pro lectione noſtra Hinckelmanniana apud MARRACCIVM deprehenditur vers. 4. إِذَا. vers. 7. إِنْ. vers. 12. 13. آمَنُوا. vers. 14. أَشَدُّ. v. 15. أَفَمَنْ. etct.

literam quieſcentem *Je* apud HINCKELMANNVM ſemper ferme obuium rectius a MARRACCIO omittitur. *).

Tandem etiam terminus commatis huius quarti et quinti in editione Hinckelmanniana et Marracciana diſcrepat. Nam apud MARRACCIVM verſus quartus incipit a verbis: فَاذَا, لَعِبْتُمْ et deſinit demum in vocabulo vigeſimo أَوْزَارَهَا; apud HINCKELMANNVM autem verſus hic quartus iam deſinit in vocabulo vndecimo اَلْوَثَاقِ, et verba iſtud ſequentia فَاِمَّا مَنًّا ad verſum quintum ſunt relata. Qua in re diuiſio MARRACCII praeferenda eſt. Mohammed enim in Alcorano conſcribendo delectatus eſt rhythmico ſcribendi genere, et ſecundum diuiſionem Marraccianam verſus quartus deſinit eadem terminatione, quae in fine verſus 11. et verſus 26. (vel apud MARRACC. 24) iterum

*) Pro noſtra enim lectione Hinckelmanniana deprehenditur apud MARRACCIVM vers. 1. اَلَّذِينَ. vers. 4. لَقِيتُمْ. vers. 13. تَجْرِي. vers. 17. فِيهَا. etct.

iterum deprehenditur. Praeter quos versus tota Surata nostra est rhythmica, speciatim *Mimica* siue litera Mim in omnibus versibus terminata.

ad vers 9.

Pro nostra lectione Hinckelmanniana فَتَسْعًا recte apud Marraccium habetur فَتَعْسًا literis transpositis. Nam vocabulum hocce est accusatiuus τῦ تَعْسٌ *perditio*, *interitus*, a rad. تَعَسَ *periit*, *interiit*, siue Infinitiuus coniug. I.

ad vers 11.

Pro lectione nostra Hinckelmanniana vitiosa قَبْلِهِمْ recte habet Marraccius قَبْلِهِمْ.

Et vocabulum عَاقِبَةٌ, quod male vertitur a Marraccio *cultus*, significat potius *finem*, *exitum*, ac *successum rei*, a rad. عَقَبَ *successit*, *superfuit*. Quam significationem recte etiam exprimit M. Megerlin in Versione germanica Alcorani, dum vertit: Wollen sie dann nicht die Erde durchwandern, und darinnen beobachten: was für ein Ende dieienigen genommen haben, über welche Gott das Verderben geschickt? Diese solten Beispiele seyn vor die Vnglaubige.

ad

ad vers 14.

Pro lectione nostra Hinckelmanniana وَكَأَيِّنْ apud MARRACCIUM deprehenditur وَكَائِنْ. Quam vtramque tanquam veram exhibet GOLIUS in Lex. Arab. p. 203. et monet, quod vocabulum hoc idem sit ac كَمْ *quot?* quodque interdum cum accusatiuo, interdum cum مِنْ sicut hoc loco, construatur. Recte proinde verti potest: *Quot vero urbes* etct.

ad vers 15.

Pro lectione nostra Hinckelmanniana سُوٓءُ MARRACCIUS habet سُوءُ. Et سُوَآءُ, سُوءُ et سَوْءُ, a radice سَوَأَ vel سَاءَ *male fecit, male habuit, malus fuit*, significat *malum*, *calamitatem, vitium, dedecus*. Vitium siue malum operis eius recte iam a MEGERLINO redditur *vitiosum* siue *malum opus eius*, dum comma nostrum totum ita transfert: Sollte denn auch derienige, welcher nach der klaren Anweisung seines Herrns sich richtet, gleich seyn dem, welchem sein böses Werk vom Teufel geschmükt worden? oder denen so nur ihren bösen Lüsten folgen.

ad vers 16.

Ad primum huius commatis vocabulum, quod *ſimilitudinem*, *formam rei, parabolam, ſententiam* ſignificat, hanc apud Marraccivm inuenimus notam: „Quia Mahumetani proprie, „et litteraliter tenentur credere ea, quae in Al„corano de Paradiſo dicuntur; ideo Gelal, „dictionem مثل quae proprie *ſimilitudinem* „ſignificat, exponit صفة *Praedicatum*, ſeu Epi„theton „. Et Megerlinvs vertit: Dieſes ſey eine Vorſtellung von dem Paradieſsgarten, der den Gottesfürchtigen verſprochen iſt. Qui vero plura de Paradiſo Mohammedico et ſumma beatitudine poſt hanc vitam deſiderat, conferre poteſt Adr. Relandvm de relig. mohammed. Lib. II. §. XVIII.

Decimum ſextum huius commatis vocabulum يَتَغَيَّرُ *mutabitur* eſt Futurum Coniug. V. a rad. غَارَ ſub forma apocopata, §. 57. obs. 1. *a.* Inſt. L. A. pro quo apud Marraccivm يَتَغَيَّرِ ſub forma per antitheſin inflexa apparet, §. 59. l. c.

Caeterum obſerues, quod verſus hic decimus ſextus apud Marraccivm vocabulis 44. conſtans in duos apud Hinckelmannvm diuiſus fuerit verſus, ita vt a vocabulo vigeſimo tertio

tertio وانهر versus decimus septimus Hinckelmanni suum capiat initium. Hinc comma sequens 17 apud Marraccivm est comma decimum octauum Hinckelmanni. Quod discrimen continuat vsque ad comma vigesimum primum Marraccii, quod iterum in duos dispescitur versus apud Hinckelmannvm, siquidem a vocabulo trigesimo primo huius versus قَاتَا versus 23 Hinckelmanni incipit. Est igitur deinceps versus 22 Marraccii apud Hinckelmannvm versus 24, versus 23 Marraccii apud Hinckelmannvm versus 25, versus 24 Marraccii apud Hinckelmannvm versus 26, et sic porro. Vnde discrepantia versuum in hac surata ratione numeri supra p. 249. indicata facile nunc perspici poterit; et vtrum Hinckelmanniana an vero Marracciana diuisio versuum sit praeferenda, ex iis, quae supra p. 252. et 253. ad vers. 4. in fine allata sunt, diiudicari debet.

ad vers 18.

Vocabulum duodecimum أُوتُوا siue apud Marrac. أُوتُوا vel accuratius adhuc أُوتُوا *donati sunt*, est a rad. أَتَا pro أَتَى 3 pers. plural. Praeteriti passiu. Coni. IV. pro أُأْتِوُوا. Hinc

Hinc verti poteſt: dicunt illis qui *donati* vel inſtructi *ſunt ſcientia.* De quibus ſcribit GELALLODINVS: العلما من الصحابة منهم ابن مسعود وابن عباس استهزآء وسخرية ماذا قال انفًا اي الساعة : اي لا نرجع اليه: *Doctiores ex ſocietate Mohammedis, inter quos erant Ebn Maſaud et Ebn Abas. Irridentes ac ludificantes dicebant his impii: Quid eſt quod dicit* nunc *i. e. tempore praeſenti? Nimirum non reuertemur ad illum.* Vbi videtur accipere, *nunc,* ſeiunctim ab antecedentibus, ac ſi dicerent: Quid eſt, quod dicit? Nunc audiamus illum: ſed deinde non vltra redeamus.

Pro مَا ذَا coniunctim habet MARRACCIVS مَاذَا, ſicut apud Ebraeos inuenimus מַה־זֶּה et מָזֶה.

ad vers 19.

Vocabulum ſecundum اهْتَدَوا ſiue apud MARRACC. اُهْتَدَوْا *bene directi ſunt,* eſt 3. perſ. plur. Praeter. Coni. VIII. a Rad. هَدَى *recta duxit, bene direxit,* pro اهْتَدَيُوا. Et in voca-

 bulo

bulo quinto وَأَتَيْهُمْ *et dabit illis* Gjesma supra *Je* apud Marraccivm abest.

ad vers 20.

Pro ذِكْرَاهُمْ Marraccivs habet ذِكْرِيهِمْ, a nomine ذِكْرَى *reminiscentia, commonitio.* Et ad conditiones siue signa horae illius in hoc commate nominata refert Gelallodinvs بعث النبي محمّد وانشقاق القمر والدخان : *Missionem Mohammedis ad prophetandum, scissionem Lunae, et Fumum.*

ad vers. 21.

Pro vocabulo vltimo in hoc commate وَمَثْوَاكُمْ Marraccivs iterum habet وَمَثْوِيكُمْ, et nomen مَثْوَي *hospitium, mansio, receptaculum*, descendit a rad. ثَوِي *substitit, commoratus est, habitauit.* Ad verba illa autem *Et indulgentiam postula pro delicto tuo* in hoc versu obuia Gelallodinvs monet: قيل له ذلك مع عصمته ليستنّ به امّته وقد فعله

فعله قال صَ انّي لاستغفر الله في كل يوم مائة مرّة : *Dictum fuit hoc illi, non obstante custodia, quam Deus promiserat illi, ut esset per hoc norma genti suae. Iam vero Mohammed hoc fecit; ipse enim dixit de se: Ego sane indulgentiam peccatorum peto a Deo, centies in singulos dies.*

ad vers 22.

Pro lectione nostra Hinckelmanniana نُزِّلَتْ Marraccius habet أُنْزِلَتْ. Et pro vocabulo vigesimo primo نَظْرَ ibidem legitur نَظَرَ *aspectus, visus*, quam lectionem etiam Golius praefert.

ad vers 26.

In vltimo vocabulo huius commatis supra litt. *Elif* Marraccius recte habet Hamsa cum Fatha, sed secunda littera ڧ ex vitio typographico mutata est in ق. Et hoc vocabulum أَقْفَالٌ est pluralis τοῦ قُفْلٌ *sera, pessulus.*

ad vers 28.

Pro nostra lectione Hinckelmanniana نَزَّلَ Marraccius habet أَنْزَلَ.

ad vers 29.

Vocabulum tertium huius commatis تَوَفَّتْهُمْ *morti tradidit illos*, ſiue *ſpiritum eorum recepit*, eſt a rad. وَفَى *promiſſis ſtetit, perſoluit debitum*, 3. perſ. ſing. femin. Praeteriti Coni. V. cum ſuffixo 3 plur. maſc. Et cum hoc verbo ſingul. feminino conſtruitur nomen plurale inhumanum §. 61. Inſtitt. A. L. Reſpicitur autem his verbis ad poenam ſ. cruciatum ſepulchri, de qua ſupra p. 82. locuti ſumus. Addatur Marraccius p. 300. et Zach. Grapius in Diſſert. de Iudaeorum et Mohammedanorum Chibbut Hakkebher. Roſtock. 1699.

ad vers 32.

Vocabulum ſextum huius commatis وَلَتَعْرِفَنَّهُمْ, ſiue cum Fatha ad ſecundam radicalem apud Marraccium وَلَتَعْرِفَنَّهُمْ *et certe cognoſces illos*, eſt a rad. عَرَفَ *cognouit, agnouit*, 2 perſ ſingul. maſc. Futuri paragogici Coni. 1. cum ſuffixo et duplici praefixo.

ad vers 33.

وَنَبْلُو *ſimulque probabimus* ſiue *explorabimus*, cui apud Marraccium adiecta eſt littera Elif in fine وَنَبْلُوا, eſt a rad. بَلَا pro بَلَوَ, 1. perſ. plural. Futuri Coni. 1. per antitheſin forma-

formati, cum praef. و. collat. §. 43. obs. 2. et §. 59. obs. 4. it. §. 58. obs. 2. Institt. A. L.

ad vers 34.

Vocabulum octauum huius commatis وَشَاقُّوا *et aduersati fuerunt*, est 3 perf. plural. masc. Praeteriti Coni. III. cum praefixo و a rad. شَقَّ pro شقق *fidit*, *lacerauit*, et in Coni. III. *contendit*, *diffidit*, *aduersatus fuit*. Ideoque وَشَاقُّوا ٱلرَّسُولَ recte vertitur: *qui diffiderunt a Legato*, sicut MEGERLINVS germanice hoc comma transtulit: Dann die, so unglaubig sind, und andere abwendig machen von dem Wege Gottes, *und sich dem Gesandten Mahomed widersetzen* etct. Quando MARRACCIVS autem hoc loco legit وَشَاقُوا sine Tesdid, assumenda esset radix شَاقَ *religauit* funem ad palum, *desiderio affecit* res, vnde vocabulum illud tanquam 3. perf. plural. Praeteriti Coni. I. prouenires; sed propter significationem lectio haec reiicienda et nostrae lectioni postponenda est.

ad vers 38.

Pro vocabulo secundo huius commatis ٱلْحَيَوٰةُ accuratius apud MARRACCIVM legi-

tur اَلْحَيَوَةُ. Nam a rad. حَيَّ pro حَيِيَ, et hoc pro حَيُوَ *vixit*, occurrit nomen حَيَاةٌ et حَيَوةٌ *vita*.

ad vers 40.

Pro vocabulo primo huius commatis هَأَنْتُمْ rectius apud Marraccium diuisim legitur هَا أَنْتُمْ *ecce vos*.

Pro vocabulo tertio تُدْعَوْنَ, vel cum Marraccio تُدْعَوْنَ vel more consuetiori تُدْعَوْنَ, *inuitabimini*, *vocabimini*, legendum est. Descendit enim vocabulum hocce a rad. دعا *vocauit*, *inuitauit* tanquam 2 pers. plur. masc. Futuri passiu. Coni. 1. Hinc forsitan apud Hinckelmannum ex vitio typographico ـَ super Aiin pro ـُ fuit substitutum.

Vocabulum duodecimum يَبْخَلْ est a rad. بَخِلَ *auarus fuit* Futurum apocopatum pro يَبْخَلُ ob praecedentem vocalum مَنْ *quicunque*, conf. §. 57. obs. 1. β. Sed apud Marraccium est ipsa forma completa يَبْخَلُ.

Voca-

Vocabulum vigeſimum ſecundum تَتَوَلَّوا vel legi poteſt تَتَوَلُّوا, vel cum MARRACCIO تَتَوَلَّوْا *tergum vertetis* ſiue *fugietis*. Nam vocabulum hoc deducendum eſt a rad. وَلّي *auertit, propinquus fuit*, tanquam 2 perſ. plural. maſcul. Futuri apocopati Coniug. V. quae complete eſt تَتَوَلَّوْنَ vel تَتَوَلُّونَ pro تَتَوَلَّيُونَ.

CLASSIS IV. CORANICAE SPECIMEN II.

Suratam XLVIII. Victoriae *exhibens*.

سورة الفتح مدنية

تسع وعشرون اية *

بِسْمِ اللّٰهِ الرَّحْمٰنِ الرَّحِيمِ *

1 .1 اِنَّا فَتَحْنَا لَكَ فَتْحًا مُبِينًا *

2 .2 لِيَغْفِرَ لَكَ اللّٰهُ مَا تَقَدَّمَ مِنْ ذَنْبِكَ
وَمَا تَأَخَّرَ وَيُتِمَّ نِعْمَتَهُ عَلَيْكَ
3 وَيَهْدِيَكَ صِرَاطًا مُسْتَقِيمًا* .3 وَيَنْصُرَكَ
4 اللّٰهُ نَصْرًا عَزِيزًا* .4 هُوَ الَّذِي أَنْزَلَ
السَّكِينَةَ فِي قُلُوبِ الْمُؤْمِنِينَ لِيَزْدَادُوا
إِيمَانًا مَعَ إِيمَانِهِمْ وَلِلّٰهِ جُنُودُ
السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ وَكَانَ اللّٰهُ عَلِيمًا
5 حَكِيمًا* .5 لِيُدْخِلَ الْمُؤْمِنِينَ
وَالْمُؤْمِنَاتِ جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا
الْأَنْهَارُ خَالِدِينَ فِيهَا وَيُكَفِّرَ عَنْهُمْ
سَيِّئَاتِهِمْ وَكَانَ ذَلِكَ عِنْدَ اللّٰهِ
6 فَوْزًا عَظِيمًا* .6 وَيُعَذِّبَ الْمُنَافِقِينَ

والمنافقات

وَٱلْمُنَافِقَاتِ وَٱلْمُشْرِكِينَ وَٱلْمُشْرِكَاتِ

الظَّانِّينَ بِاللَّهِ ظَنَّ السَّوْءِ عَلَيْهِمْ

دَائِرَةُ السَّوْ وَغَضِبَ اللَّهُ عَلَيْهِمْ وَلَعَنَهُمْ

وَأَعَدَّ لَهُمْ جَهَنَّمَ وَسَآءَتْ مَصِيرًا *

7 .7 وَلِلَّهِ جُنُودُ السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ

8 وَكَانَ اللَّهُ عَزِيزًا حَكِيمًا * .8 إِنَّا

أَرْسَلْنَاكَ شَاهِدًا وَمُبَشِّرًا وَنَذِيرًا *

9 .9 لِتُؤْمِنُوا بِاللَّهِ وَرَسُولِهِ وَتُعَزِّرُوهُ

وَتُوَقِّرُوهُ وَتُسَبِّحُوهُ بُكْرَةً وَأَصِيلًا *

10 .10 إِنَّ الَّذِينَ يُبَايِعُونَكَ إِنَّمَا يُبَايِعُونَ

اللَّهَ يَدُ اللَّهِ فَوْقَ أَيْدِيهِمْ فَمَنْ

نَكَثَ فَإِنَّمَا يَنْكُثُ عَلَى نَفْسِهِ

وَمَنْ أَوْفَى بِمَا عَاهَدَ عَلَيْهِ اللَّهُ

11 فَسَيُؤْتِيهِ أَجْرًا عَظِيمًا * .11 سَيَقُولُ

لَكَ الْمُخَلَّفُونَ مِنَ الْأَعْرَابِ شَغَلَتْنَا

أَمْوَالُنَا وَأَهْلُونَا فَاسْتَغْفِرْ لَنَا يَقُولُونَ

بِأَلْسِنَتِهِمْ مَا لَيْسَ فِي قُلُوبِهِمْ قُلْ

فَمَنْ يَمْلِكُ لَكُمْ مِنَ اللَّهِ شَيْئًا إِنْ

أَرَادَ بِكُمْ ضَرًّا أَوْ أَرَادَ بِكُمْ نَفْعًا

بَلْ كَانَ اللَّهُ بِمَا تَعْمَلُونَ خَبِيرًا *

12 .12 بَلْ ظَنَنْتُمْ أَنْ لَنْ يَنْقَلِبَ الرَّسُولُ

وَالْمُؤْمِنُونَ إِلَى أَهْلِيهِمْ أَبَدًا وَزُيِّنَ

ذَلِكَ فِي قُلُوبِكُمْ وَظَنَنْتُمْ ظَنَّ السَّوْءِ

13 وَكُنْتُمْ قَوْمًا بُورًا * .13 وَمَنْ لَمْ

يومن

يُؤْمِنْ بِاللّٰهِ وَرَسُولِهِ فَإِنَّا أَعْتَدْنَا
14 لِلْكَافِرِينَ سَعِيرًا * 14. وَلِلّٰهِ مُلْكُ
السَّمَوَاتِ وَالْأَرْضِ يَغْفِرُ لِمَنْ يَشَآءُ
وَيُعَذِّبُ مَنْ يَشَآءُ وَكَانَ اللّٰهُ غَفُورًا
15 رَحِيمًا * 15. سَيَقُولُ الْمُخَلَّفُونَ إِذَا
انْطَلَقْتُمْ إِلَى مَغَانِمَ لِتَأْخُذُوهَا ذَرُونَا
نَتَّبِعْكُمْ يُرِيدُونَ أَنْ يُبَدِّلُوا كَلَامَ
اللّٰهِ قُلْ لَنْ تَتَّبِعُونَا كَذٰلِكُمْ قَالَ
اللّٰهُ مِنْ قَبْلُ فَسَيَقُولُونَ بَلْ تَحْسُدُونَنَا
بَلْ كَانُوا لَا يَفْقَهُونَ إِلَّا قَلِيلًا *
16 16. قُلْ لِلْمُخَلَّفِينَ مِنَ الْأَعْرَابِ
سَتُدْعَوْنَ إِلَى قَوْمٍ أُولِي بَأْسٍ شَدِيدٍ
تقاتلونهم

تُقَاتِلُونَهُمْ أَوْ يُسْلِمُونَ فَإِنْ تُطِيعُوا
يُؤْتِيكُمُ اللّٰهُ أَجْرًا حَسَنًا وَإِنْ تَتَوَلَّوا
كَمَا تَوَلَّيْتُمْ مِنْ قَبْلُ يُعَذِّبْكُمْ
17 عَذَابًا أَلِيمًا * .17 لَيْسَ عَلَى الْأَعْمَي
حَرَجٌ وَلَا عَلَي الْأَعْرَجِ حَرَجٌ وَلَا عَلَي
الْمَرِيضِ حَرَجٌ وَمَنْ يُطِعِ اللّٰهَ وَرَسُولَهُ
يُدْخِلْهُ جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا
الْأَنْهَارُ وَمَنْ يَتَوَلَّ يُعَذِّبْهُ عَذَابًا
18 أَلِيمًا * .18 لَقَدْ رَضِيَ اللّٰهُ عَنِ
الْمُؤْمِنِينَ إِذْ يُبَايِعُونَكَ تَحْتَ
الشَّجَرَةِ فَعَلِمَ مَا فِي قُلُوبِهِمْ فَأَنْزَلَ
السَّكِينَةَ عَلَيْهِمْ وَأَثَابَهُمْ فَتْحًا
قَرِيبًا *

19 قَرِيبًا * .19 وَمَغَانِمَ كَثِيرَةً يَأْخُذُونَهَا
وَكَانَ اللّٰهُ عَزِيزًا حَكِيمًا *
20 .20 وَعَدَكُمُ اللّٰهُ مَغَانِمَ كَثِيرَةً
تَأْخُذُونَهَا فَعَجَّلَ لَكُمْ هٰذِهِ وَكَفَّ
أَيْدِيَ النَّاسِ عَنْكُمْ وَلِتَكُونَ آيَةً
لِلْمُؤْمِنِينَ وَيَهْدِيَكُمْ صِرَاطًا مُسْتَقِيمًا *
21 .21 وَأُخْرَى لَمْ تَقْدِرُوا عَلَيْهَا قَدْ
أَحَاطَ اللّٰهُ بِهَا وَكَانَ اللّٰهُ عَلَى
22 كُلِّ شَيْءٍ قَدِيرًا * .22 وَلَوْ قَاتَلَكُمُ
الَّذِينَ كَفَرُوا لَوَلَّوُا الْأَدْبَارَ ثُمَّ لَا
23 يَجِدُونَ وَلِيًّا وَلَا نَصِيرًا * .23 سُنَّةَ
اللّٰهِ الَّتِي قَدْ خَلَتْ مِنْ قَبْلُ وَلَنْ
تَجِدَ

24 تَجِدَ لِسُنَّةِ اللّٰهِ تَبْدِيلًا * .24 وَهُوَ
الَّذِي كَفَّ أَيْدِيَهُمْ عَنْكُمْ
وَأَيْدِيَكُمْ عَنْهُمْ بِبَطْنِ مَكَّةَ مِنْ
بَعْدِ أَنْ أَظْفَرَكُمْ عَلَيْهِمْ وَكَانَ اللّٰهُ
25 بِمَا تَعْمَلُونَ بَصِيرًا * .25 هُمُ الَّذِينَ
كَفَرُوا وَصَدُّوكُمْ عَنِ الْمَسْجِدِ
الْحَرَامِ وَالْهَدْيَ مَعْكُوفًا أَنْ يَبْلُغَ
مَحِلَّهُ وَلَوْلَا رِجَالٌ مُؤْمِنُونَ وَنِسَاءٌ
مُؤْمِنَاتٌ لَمْ تَعْلَمُوهُمْ أَنْ تَطَؤُوهُمْ
فَتُصِيبَكُمْ مِنْهُمْ مَعَرَّةٌ بِغَيْرِ عِلْمٍ
لِيُدْخِلَ اللّٰهُ فِي رَحْمَتِهِ مَنْ يَشَاءُ
لَوْ تَزَيَّلُوا لَعَذَّبْنَا الَّذِينَ كَفَرُوا

مِنْهُمْ

مِنْهُمْ عَذَابًا اَلِيْمًا * .26 اِنْ جَعَلَ 25
الَّذِيْنَ كَفَرُوا فِي قُلُوبِهِمُ الْحَمِيَّةَ
حَمِيَّةَ الْجَهِلِيَّةِ فَأَنْزَلَ اللّٰهُ سَكِيْنَتَهُ
عَلَي رَسُولِهِ وَعَلَي الْمُؤْمِنِيْنَ وَأَلْزَمَهُمْ
كَلِمَةَ التَّقْوَي وَكَانُوا اَحَقَّ بِهَا
وَأَهْلَهَا وَكَانَ اللّٰهُ بِكُلِّ شَيْءٍ
عَلِيْمًا * .27 لَقَدْ صَدَقَ اللّٰهُ رَسُولَهُ 27
الرُّؤْيَا بِالْحَقِّ لَتَدْخُلُنَّ الْمَسْجِدَ
الْحَرَامَ اِنْشَآءَ اللّٰهُ آمِنِيْنَ مُحَلِّقِيْنَ
رُؤُسَكُمْ وَمُقَصِّرِيْنَ لَا تَخَافُونَ فَعَلِمَ
مَا لَمْ تَعْلَمُوا فَجَعَلَ مِنْ دُونِ ذَلِكَ
فَتْحًا قَرِيْبًا * .28 هُوَ الَّذِي اَرْسَلَ 28

رَسُولَهُ

رَسُولَهُ بِالْهُدَي وَدِينِ الْحَقِّ لِيُظْهِرَهُ
عَلَي الدِّينِ كُلِّهِ وَكَفَي بِاللَّهِ
29 شَهِيدًا * .29 مُحَمَّدٌ رَسُولُ اللَّهِ
وَالَّذِينَ مَعَهُ أَشِدَّآءُ عَلَي الْكُفَّارِ
رُحَمَآءُ بَيْنَهُمْ تَرَاهُمْ رُكَّعًا سُجَّدًا
يَبْتَغُونَ فَضْلًا مِنَ اللَّهِ وَرِضْوَانًا
سِيمَاهُمْ فِي وُجُوهِهِمْ مِنْ أَثَرِ السُّجُودِ
ذَلِكَ مَثَلُهُمْ فِي التَّوْرَيةِ وَمَثَلُهُمْ فِي
الْإِنْجِيلِ كَزَرْعٍ أَخْرَجَ شَطْأَهُ فَآزَرَهُ
فَاسْتَغْلَظَ فَاسْتَوَي عَلَي سُوقِهِ
يُعْجِبُ الزُّرَّاعَ لِيَغِيظَ بِهِمُ
الْكُفَّارَ وَعَدَ اللَّهُ الَّذِينَ آمَنُوا
وعملوا

وَعَمِلُوا الصَّالِحَاتِ مِنْهُمْ مَغْفِرَةً

وَأَجْرًا عَظِيمًا ۞

Surata, de Victoria, Medinensis, viginti nouem commatum.

In Nomine Dei Miseratoris, Misericordis

1 Nos certe aperuimus tibi aperitionem
manifestam, (*ideſt conceſſimus tibi victoriam*
2 *illuſtrem de Meccanis.*) Vt ignoſcat tibi
Deus id, quod praeceſſit de delicto tuo,
et quod ſubſecutum eſt: et perficiat gra-
tiam ſuam ſuper te, et dirigat te via
3 recta. Et adiuuet te adiutorio excel-
4 lenti. Ipſe eſt, qui demiſit quietem ſe-
curam in cordibus fidelium, vt augeren-
tur fide cum fide ſua (i. *ad fidem, quam
antea habebant*) et Dei *ſunt* exercitus Cae-
lorum, et terrae: et eſt Deus ſciens, ſa-
5 piens. Vt introducat fideles *viros*, et fi-
deles *mulieres* in hortos: currunt de ſub
illis flumina; perpetuo commoraturos
in illis: et expiet ab eis mala eorum: et
erit haec apud Deum felicitas magna.
6 Et puniat impios, et impias *ex Mahume-
tanis:* et Aſſociatores, et Aſſociatrices,
opinantes de Deo opinionem mali. Su-
per ipſos *erit* circulus mali (*ideſt poena*

perſeuerans) et iratus eſt Deus contra
eos, et maledixit illis, et praeparauit il-
lis Gehennam: *et haec* mala eſt abitione
7 (i. *infelices ſunt, qui abeunt in illam*). Et
Dei *ſunt* exercitus Coelorum, et Ter-
rae: et eſt Deus Praepotens, ſapiens.
8 Certe nos miſimus te teſtem *contra gen-
tem tuam in die Iudicii*: et annunciato-
rem *Paradiſi*, et comminatorem *Gehen-*
9 *nae.* Vt credatis in Deum, et Lega-
tum eius; et ſuppetias feratis illi, et ho-
noretis eum, et laudetis eum mane, et
10 veſpere. Certe, qui fidelitatem iura-
bant tibi, profecto iurabunt fidelitatem
Deo: manus Dei *erit* ſuper manus eo-
rum. Qui vero iuramentum violaue-
rit, vtique periurus erit contra ani-
mam ſuam. Qui autem compleuerit
id, quod pepigit cum Deo, mox da-
11 bit illi *Deus* mercedem magnam. Di-
cent tibi reſides ex Arabibus (*ideſt, qui
remanentes domi noluerunt proficiſci ad
praelium*). Impedimento fuerunt no-
bis facultates noſtrae, et familiae no-
ſtrae, *ne egrederemur tecum ad bellum*:
precare igitur indulgentiam nobis. Di-
cunt linguis ſuis id, quod non eſt in
cordibus eorum. Reſponde: Quis
porro obtinebit vobis a Deo quidquam,
ſi voluerit vobis nocere, aut voluerit
vobis prodeſſe? Atqui eſt Deus de eo,
quod

12 quod facitis, plene instructus. Quinimmo existimastis, quod non esset reversurus Legatus, et Fideles ad familias suas vnquam: et adornatum fuit hoc in cordibus vestris: sed opinati estis opinionem mali (*idest falsam*) et
13 fuistis homines perditi. Et, qui non crediderit in Deum, et Legatum eius, certe nos praeparauimus infidelibus
14 ignem aestuantem. Et Dei *est* regnum coelorum, et terrae: parcet, cui voluerit, et puniet, quem voluerit: et est
15 Deus Indultor, Misericors. Dicent resides, (*idest, qui domi remanserunt, nec profecti sunt ad praelium*) cum perrexeritis ad praedas, vt capiatis eas; sinite nos *vt* sequamur vos. Volunt immutare sermonem Dei (*idest leges a Deo praescriptas circa spolia inimicorum*). Dic *illis:* Nequaquam sequemini nos: ita dixit Deus antea. Respondebunt: Atqui inuidetis nobis. Sed non intelligunt *quidquam circa Religionem*, nisi
16 pauci. Dic residibus ex Arabibus: Vocabimini ad *pugnandum contra* gentem praeditam virtute bellica valida: pugnabitis contra eos, aut fient Moslemi (*idest, donec Mahumetanam Sectam amplectantur*) Quod si obedieritis, dabit vobis Deus mercedem pulchram. Si vero tergiuersati fueritis, quemadmo-

dum tergiuersati fuistis antea, puniet
17 vos poena discruciante. Non erit su-
per caecum piaculum, neque super
aegrotum piaculum, *si non proficiscan-
tur ad bellum.* Qui autem obedierit
Deo, et Legato eius: introducet eum
in hortos, currunt de sub ipsis flumi-
na. Qui vero tergiuersatus fuerit: pu-
18 niet eum poena dolorifica. Iam qui-
dem complacuit sibi Deus in Fideli-
bus, cum iurarent Fidelitatem tibi sub
arbore; et cognouit, quid *esset* in cor-
dibus eorum: propterea dimisit secu-
ram quietem super eos, et remunera-
uit eos victoria propinqua *in Chaiber.*
19 Et praedis multis, quas acceperunt: et
20 est Deus Praepotens, sapiens. Pro-
misit vobis Deus praedas multas, quas
acciperetis: sed accelerauit vobis has
Chaiberenses (et cohibuit manus homi-
num a vobis) et vt essent signum *Diui-
ni auxilii* fidelibus: et dirigeret vos in
21 viam rectam. Et alias *praedas*, nondum
potuistis *capere* eas: iam circumdedit
Deus illas (*idest tenet eas paratas pro
vobis*) et est Deus super omnem rem
22 Potens. Quod si pugnassent contra
vos illi, qui erant fideles *in Hadibia:*
profecto vertissent terga: deinde non
inuenissent patronum, neque defenso-
23 rem. Statutum Dei *est hoc*, quod iam
prae-

praecessit antea: et nunquam inuenies
24 statuto Dei immutationem. Et ipse *est*,
qui cohibuit manus eorum a vobis, et
manus vestras ab eis in ventre Meccae
(*idest in Hadibia*) postquam triumphare
fecerat vos super eos. Et est Deus in
25 id, quod facitis, intuens. Hi *sunt*, qui
infideles fuerunt, et prohibuerunt vos
ab Oratorio Meccae: et *impedierunt*
munus clausum, ne perueniret ad lo-
cum suum. Quod si non *fuissent* viri
fideles, et mulieres fideles, quos non
cognoscebatis, *cum essent admixti infide-
libus*, ne conculcaretis eos (*idest, ne oc-
cideretis eos*) ac proinde incideret vo-
bis ex eis (*idest ex eorum caede*) pecca-
tum sine *vestra* scientia: *certe concessisset
vobis victoriam Sed tunc voluit vobis ob
hanc causam concedere*, vt introduceret
Deus in misericordiam suam, quem vel-
let. Si distincti fuissent *fideles ab infide-
libus:* certe puniuissemus eos, qui erant
infideles inter ipsos, poena dolorifica.
26 Cum posuissent, qui erant infideles in
cordibus suis, indignationem, indig-
nationem Ignorantiae (*i. propriam Eth-
nicorum*) demisit Deus quietem suam
super Legatum suum, et super fide-
les, et impressit illis verbum pietatis
(*idest fidem vnitatis Dei, seu formulam
illam: Non est Deus, nisi Deus*) et fue-

runt digniores eodem *verbo*, et meritiores illius, *quam infideles.* Et est
27 Deus in omni re Sciens. Iam quidem confirmauit Deus Legato suo visionem cum veritate. *qua dixit ei per somnium:* Certissime ingrediemini Oratorium Meccae. si voluerit Deus, securi abrasi capita vestra, et attonsi comas, non timebitis. Nouit porro *Deus* id, quod non nostis *vos:* et decreuit, praeter hoc, *vobis* victoriam vicinam de *Choai-*
28 *berensibus.* Ipse est, qui misit legatum suum cum directione, et religione vera, vt extollat eam super religionem vniuersam: et sufficiens est cum Deo testis (*idest sufficit Deus testis huius rei*).
29 Mahumetus *est* legatus Dei: qui vero sunt cum eo, feroces *sunt* contra infideles; misericordes inter se. Videbis eos sese incuruantes, adorantes, vt exquirant abundantiam a Deo, et beneplacitum. Signa eorum *sunt* in faciebus eorum ex vestigiis adorationis (*quia scilicet facie terram tangunt, dum orant*). Haec *est* similitudo eorum (*idest descriptio*) in Pentateucho. Et similitudo eorum in Euangelio *est*, sicut semen, quod produxit culmum suum: deinde corroborauit illum: tum crassius effectum est, et adaequatum est super crura sua (*idest assurrexit super trun-*

truncum ſuum) voluptatem affert agricolae. *Tales voluit Deus eſſe Mahumeti aſſeclas*, vt ad iram excitarentur per eos Infideles. Promiſit Deus iis, qui crediderint, et operati fuerint recta ex ipſis, indulgentiam, et mercedem magnam.

ADNOTATIONES.

Hinckelmannvs aeque ac Marraccivs tam ratione inſcriptionis huius capituli, quam ratione numeri verſuum in hoc capitulo obuiorum, conſentiunt; ſed Matth. Frider. Beckivs, qui Suratam hancce cum trigeſima e IV. codibus MSS. 1688. literis hebraicis emiſit, titulum paululum diuerſum, et terminum verſuum plane diſcrepantem exhibet. Tres enim priores verſus noſtri apud illum in vnicum ſunt combinati, et comma noſtrum vltimum 29 in tria apud illum diuiſum eſt commata. Titulus vero apud ipſum obuius hic eſt:

سورة الفتح عسرون وتسع ايات
وهي مدينة

Surata Victoriae, viginti nouem commatum, quae eſt Medinenſis.

Quia vocabulum ſecundum huius inſcriptionis tam aperturam, quam victoriam, ſignificat, Marraccivs tranſtulit: Surata *apertio;* ſed ob argumentum huius ſuratae ſignificatio

poſterior nobis hic videtur commodior. Et ſecundum HOTTINGERVM in Biblioth. orient. p. 119. demiſſa eſt, haec ſurata „cum rediret „Propheta Aadibia. Contra Arabes ſui tem„poris, aduerſarios infenſos, calamum potiſſi„mum ſtringit, et promiſſionem contineri vo„lunt de apertione, id eſt, expugnatione et „recuperatione Meccae, quae فتح dicitur.„ Primos quatuor Surae huius verſus ponunt Mohammedani in vexillis ſuis militaribus ad fauſtum Victoriae augurium capiendum, et teſte MARRACCIO in ſuo Alcorano p. 662. vnum illorum valde inſigne ablatum Turcis, dum a Viennae obſidione repellerentur, a IOANNE tertio Rege Poloniae ad Pontificem romanum INNOCENTIVM XI. transmiſſum fuit. Huius hiſtoriam, et interpretationem praedictorum verſuum, et aliorum lemmatum Arabicorum a MARRACCIO factam, in lucem edidit ANTONIVS BVLIFONIVS Neapolitanus, cum Romae primò ex typographia S. Collegii de Propaganda fide prodiiſſet.

Verſus huius Surae nouem ſupra viginti vbiuis communiter enumerantur; BECKIVS tamen monet, quod in Codice Reiſeriano 33, Langenmanteliano 35, et in Weiſſiano 37. numerentur verſus.

Quae de *Hamſa* infra vel ſupra *Elif*, itemque *Weſla* ſupra litteram iſtam, apud HINCKEL-

CKELMANNVM omiffo fed apud MARRACCIVM obuio, nec non de *Gjefma* fupra *Je* quiefcens apud HINCKELMANNVM obuio apud MARRACCIVM autem omiffo, ad Suram praecedentem monuimus, hic nolumus repetere; alias vero lectiones variantes apud illos obuias in fequentibus omnino indicabimus.

ad vers. I.

Comma hoc a MEGERLINO recte etiam germanice vertitur: Wir haben dir gewifs einen offenbaren Sieg eröfnet. Et communis Moslemorum fententia eft, promitti hic Mohammedo a Deo Meccae expugnationem. Aliqui tamen aliter fentiunt. Hac de re ZAMCHASCERIVM apud Marracc. p. 662. audire praeftat:

هو فتح مكّة وقد نزلت برجع رسول
الله صٓ عن مكة عام الحديبية
عدة له بالفتح وجُيءَ به علي لفظ
المضي علي عادة رب العزة سبحانه
في اخباره لانها في تحققها وفي
تيقنها بمنزلة الكاينة الموجودة وفي
ذلك من الفخامة والدلالة علي الو
شان المخبر غلي ما لا يخفي

... وقيل فتح الحديبية ولم يكن
فيه قتال شديد ... وقيل هو فتح
خيبر وقيل فتح الروم وقيل فتح
الله له بالاسلام والنبوة والدعوة
بالحجة والسيف ولا فتح ابين منه
وقيل معناه قضينا لك قضآء بيّنًا على
اهل مكة ان تدخلها انت
واصحابك من قابل : *Haec fuit victoria,*

seu expugnatio Meccae. Reuelata autem fuerant haec verba, dum reuerteretur Propheta Mahumetus ex Mecca anno, quo victa fuit Hadibia: per modum promissionis illi facta de huiusmodi expugnatione. Positum autem fuit verbum temporis praeteriti iuxta consuetudinem, quam Deus seruare consueuit in promissionibus suis ad indicandam certitudinem, et veritatem earum, tanquam, si res promissae, iam essent praesentes, et existerent: et in hoc ostenditur magnificentia, et amplitudo annunciantis id, quod ipsum non latet. Alii volunt, hic agi de victoria relata in bello Hadibiae, in quo tamen non fuit magni momenti concertatio. Alii volunt, sermonem esse de victoria Choaiberensi. Alii vero de victoria relata ex Romaeis. Nonnulli verbum aperiendi proprie accipientes, volunt hic exprimi actum, quo Deus

Deus aperuit, ſeu manifeſtauit Mahumeto religionem Eslam, et Prophetiam, et praedicationem peregrinationis, et belli: et non fuit victoria praeslarior iſta. Alii exponunt: Decreuimus tibi decreto manifeſto contra vrbem Meccam, vt ingrediaris eam tu, et ſocii tui, qui tecum pugnabunt.

ad vers 2. 3.

Promittuntur primum ſpiritualia, poſtea temporalia bona, nimirum poſt remiſſionem peccatorum, gratiam atque directionem diuinam, auxilium Dei in oppugnandis hoſtibus, et victoria. Et ſecundum Gelallodinum, Zamchaſcerium, et alios, labor et incommodum militiae meritura erant Mohammedo veniam peccatorum aliaque quae hic promittuntur. Idemque Zamchaſcerius de peccato Mohammedis quod praeceſſit, et quod ſubſecutum fuit, monet: ما تقدم من ذنبك وما تاخر يريد جميع ما فرط منك وعن مقاتل ما تقدم في الجاهلية وما بعده: *Id, quod praeceſſit de delicto tuo, et id, quod ſubſecutum eſt. Senſus eſt: omnia, quae perperam facta ſunt a te. Explicat Mocatel: Id quod praeceſſit tempore ignorantiae* (ideſt Idololatriae) *et id, quod ſecutum eſt poſt illud.* Intelliguntur ergo, ex eorum mente, per praecedentia

dentia crimina, Idololatria Mohammedis, et per ea quae subsequuta sunt, peccata sub Islamismo commissa, venereae inprimis voluptates eiusdem. Quando vero Interpretes, vetus Latinus atque Italus, posteriora peccata Mohammedis de futuris accipiunt, dum in margine adnotarunt: *remissio peccatorum, etiam futurorum, promissa Mohammeto*, item: *Arrogesi da Dio la remissione de peccati fino de futuri;* haec explicatio non commode admitti potest, quia تأخر aeque ac تقدم sub forma temporis praeteriti in Coniug. V. occurrunt, ideoque non futura, sed praeterita, posterius tamen commissa peccata significantur.

ad vers 4.

De vocabulo octauo huius commatis monet Beckivs, quod in codice suo praue legatur ليزدان, alii vero, (sicut etiam Hinckelmannus et Marraccius habent), rectius legant لِيَزْدَادُوا. Et vocabulum hoc est a rad. زاد *auctus fuit, auxit*, in Coniug. VIII. *adauctus fuit, increuit, profecit, addidit*, 3 pers. plural. masc. Futuri apocopati in Coniug. VIII. cum praefixo, ob quod in يَزْتَادُونَ vltima litera نَ abiicitur §. 59. obs. 1. collat. §. 57. et tunc pro تَ characteristico primae radicali post-

poſtpoſito ſubſtituitur ن § 41. III, 4. Vnde vocabulum noſtrum coll. §. 47. I, 1. §. 50. II, 1. ortum eſt. Male autem vertit MEGERLINVS: Damit ſie ihren Glauben vermehren mit anderer Glauben; et rectius transferri poſſunt verba: *vt proficiant fide vnà cum fide* i. e. de fide in fidem, vires atque incrementum ſumendo.

ad vers 5.

In verbis huius commatis جَنَّاتٍ تَجْرِي مِنْ تَحْتِهَا ٱلْأَنْهَارُ *in hortos, a quorum parte inferiori fluunt fluuii*, deprehenditur Enallage numeri aeque ac generis, pro يَجْرُونَ مِنْ تَحْتِهِمْ conf. §. 61. Inſtitt. A. L. Et vocabulum أَبَدًا poſt vocabulum decimum in MARRACCIO obuium tam in HINCKELMANNO, quam in quatuor codicibus BECKII deficit.

ad vers 10.

Verba priora huius commatis bene verti poſſunt: *Vtique qui obedientiam tibi* (Mohammedi) *ſtipulantur, etiam ſtipulantur* ipſi *Deo*, et vocabulum يُبَايِعُونَكَ eſt 3. perſ. plur. Futuri in Coni. III. cum ſuffixo 2. perſ. a verbo بَاعَ quod in Coni. III. proprie ſignificat inaugurare

augurare aliquem in principem, fidemque illi, et obedientiam ſub ſacramento promittere, id quod manibus, vt teſtatur Gelallod. fieri conſueuerat. Et hoc innuunt verba ſequentia: *Manus eius ſuper manus eorum*, quae ita explicat idem Gelallod. هو تعالي مطّلع علي مبايعتهم فيجازيهم عليها : *Ipſe enim Deus proſpicit tamquam e ſublimi, iuramentum fidelitatis eorum; mercedem illis pro eo redditurus.*

Vocabulum quartum a fine huius commatis أَللَّهُ in nominatiuo etiam in vno codicum Beckii legitur, ſed in duobus aliis, ſicut apud Marraccium, habetur accuſatiuus أَللَّهَ.

ad vers 11.

In hoc commate continetur occupatio, qua Mohammed dubia, Meccenſes et quosuis hoſtes alios oppugnandi, Medinenſibus atque Aſſeclis ſuis, Mohammedanis, eximere collaborat. Et haec verba, ſicut in duobus verſiculis praecedentibus, ſunt verba Dei ad Mohammedum, qui Deum ſe alloqui fingit. Et quinam ſint *reſides ex Arabibus*, ita explicat Gelallod.

اي الذين خلّفهم الله عن صحبتك لما طلبتهم ليخرجوا معك الي مكة خوفا

خوفا من تعرض قريش لكما عام الحديبية اذا رجعت منها *Ideſt illi, quos Deus remanere fecit, ne ſequerentur te comites, cum poſtulaſſes ab eis, vt egrederentur tecum ad Meccam, ob timorem, ne Coraiſitae ſeſe ſibi opponerent, anno quo regreſſus es ex Hadibia.*

Modus loquendi hic obuius: *Quis porro obtinebit vobis a Deo quidquam*, in Alcorano ſaepe occurrit, idemque valet ac ſi dicas: Quis poterit Deum, vel tantillum impedire, ne vos puniat, aut vobis parcat, ſi voluerit.

ad vers 12.

Alia hic deprehenditur occupatio, qua alii de ſe conceptae ſiniſtrae opinioni, non ſine conuiciis factis, occurrit. Et littera *Je* in vocabulo nono huius commatis obuio in tribus codicibus Beckii etiam legitur, ſed in quarto, ſicut apud Marraccivm ſine *Je* legitur أهْلِهِمْ.

ad vers 16.

Vocabulum quintum huius commatis varie legitur, et varie vertitur. Marraccivs enim habet سَتُدْعَوْنَ, et transfert: *vocabimini*, ſicut Megerlinvs etiam germanice: *Ihr werdet bald gefordert werden* zum Streit wider ein an Kräften ſtarkes vnd heftiges Volk. Vbi vocabulum

bulum hoc considerandum venit tanquam 2. perf. plur. masc. Futuri pass. Coniug. I. cum praefixo س, a rad. دَعَا. Beckivs autem considerat illud tanquam 2 perf. plur. masc. Fut. Coniug. IV. vertitque *prouocabitis* homines praeditos fortitudine valida. Et hanc *gentem praeditam virtute belllica*, vt Gelallod. scribit, quidam volunt fuisse بني حنيفة اصحاب اليمامة وقبيل فارس والروم: *Honaiphenses habitatores Jemame; alii vero Persas; alii Romanos*, seu Romaeos.

Vocabulum decimum sextum apud Marraccivm, sicut apud Beckivm sine *Je* scribitur يُؤْتِكُمْ *dabit vobis*, estque يُؤْتِي 3 perf. sing. masc. Futuri Coni. IV. a rad. أَتَي.

Vocabulum vigesimum primum apud Marraccivm legitur تَتَوَلَّوْا *tergum vertetis*, cum *Gjesma* supra *Vau*, estque 2 perf. plural. masc. Futuri apocopati Coni. V. a rad. ولي.

ad vers 18.

De vocabulo septimo يُبَايِعُونَكَ conf. vers 10. Et circa haec verba: *cum iurarent fidelitatem tibi sub arbore*, siue, cum obedientiam stipu-

ſtipularentur tibi ſub arbore, obſeruandus eſt ritus Arabum, ſub arbore, Deo quaſi ſacra, ſtipulantium et porrigentium manus. De qua re GELALLOD. ita ſcribit: هي سمرة وهم الف وثلثماية او اكثر ثم بايعهم علي ان يناجزون قريشا وان لا يغروا وعلي الموت: *Erat haec arbor ſpina Aegyptica. Fuerunt autem mille, ac trecenti, vel plures viri, a quibus iusiurandum accepit, decertaturos ſe contra Coraiſitas, nec fugituros, ſed vsque ad necem reſtituros.*

ad vers 20.

Vocabulum nonum huius commatis وَكَفَّ a MARRACCIO vertitur in Praeterito: *Et cohibuit* manus hominum a vobis; et haec adiicitur nota: „Erant hi Iudaei auxiliares Mahu„metanorum, qui in profectione Choaiberen„ſi decreuerant inſurgere contra ipſos Mahu„metanos: ſed Deus immiſit timorem in corda „eorum, eosque abſterruit a conſilio ſuo. Ita „fingunt.„ Sed BECKIVS vertit in Futuro h. m. *Auertet quoque manus hominum* i. e. Meccenſium aliorumque hoſtium *a vobis*] aſtute, ita enim timidioribus quoque militia perſuaderetur; ac deinceps verſum ſequentem alio etiam modo a MARRACCIO plane diuerſo interpretatur.

T Hanc

Hanc enim ad hoc comma apud illum inuenimus notam: „Nouum argumentum persuaso„rium est, a tutela omnipotentis Dei forma„tum. Est locutio ellyptica, *alteri*, subintel„ligo, *manui;* sunt enim haec deducta ex iis, „quae versu antecedente dixerat: *Avertet quoque manus hominum* i. e. hostium *a vobis;* itaque iam colligit, *alteri*, manui Muhammedanae, *non praeualebunt* homines i. e. hostes.

ad vers 22.

In vocabulo quinto لَوَلَّوْا *vertant terga* apud Marraccivm iterum *Gjesma* supra *Vau*, aliter ac apud Hinckelmannvm, expressum est. conf. supra ad vers. 16. Et verbis huius commatis ad Ief. 8, 9. alludere videtur Mohammed. Quodsi vero Impostor non solos Meccenses, sed et quosuis alios Mohammedanorum aduersarios hic respiciat, falsus vates est, neque enim semper terga dederunt Mohammedanorum hostes, quemadmodum vel nostrorum temporum historia testatur, et, vt speramus, atque optamus, porro testabitur.

ad vers 24.

Circa finem huius commatis pro lectione nostra Hinckelmanniana تعملون in 2 persona *operabimini* siue *facietis*, quae etiam apud Bec-

kivm

KIVM deprehenditur, MARRACCIVS in textu, non autem in versione, habet يَعْمَلُونَ in 3 persona. Idemque ad verba praecedentia: *cohibuit manus eorum a vobis,* hanc adposuit notam: „ Rem ita refert Gelal: قان ثمانين منهم بعسكركم ليصيبوا منكم فأخذو واوتي بهم الي رسول الله صَ فعفي عنهم وخلي سبيلهم فكان ذلك سبب الصلح : *Nam octoginta ex infidelibus circuierunt castra vestra, vt interficerent aliquot ex vobis. Sed capti sunt, et adducti ad Mahumetum, qui pepercit eis, et demisit eos liberos. Hoc autem fuit causa pacis, et concordiae*„.

ad vers 25.

Pro nostro وَلَوْ لا et apud HINCKELMANNVM et apud BECKIVM separatim scripto, apud MARRACCIVM coniunctim legitur وَلَوْلا; et pro nostra lectione Hinckelmanniana مُوءْمِنَاتٌ vitiose habet MARRACCIVS مُوءْمَنَاتٌ. Idemque

ad verba: *Quodsi non fuissent viri fideles,* hanc adiicit notam: „Sensus huius perturbatae periodi est: Non permisit vobis Deus Meccam expugnare, quia, cum ibi multi essent fideles infidelibus admixti, vobisque ignoti; occidissetis eos ignoranter,, sed non sine culpa „.

ad vers 27.

Pro vocabulo quinto الرِّيوَا MARRACCIVS habet ألرُّوبَا (nam بـ pro يـ per vitium typograph. expressum est,) et vtrumque istorum pro ألرُّويَاءَ videtur positum. Et ad *visionem cum veritate* haec ex GELALLODINO apud MARRACCIVM p. 663. deprehenditur nota: „Hanc visionem ita refert Gelal: راي

صٓ في النوم عام الحديبية قبل خروجه
انه يدخل مكّة هو واصحابه امنين
ويُحلّقون ويقصّرون فاخبر بذلك
اصحابه ففرحوا ولما خرجوا معه
وصدّهم الكفار بالحديبية رجعوا
وشقّ عليهم ذلك : *Vidit Mahumetus anno praelii*

praelii Hadibiensis, antequam egrederetur ad expugnandam Meccam; se in somnis ingredi Meccam cum sociis suis, securis, et abrasis capitibus, et attonsis comis. Cumque hoc somnium sociis enarrasset, illi laetati sunt. Cum vero egressi fuissent cum eo, et detinuissent eos infideles in Hadibia, et regredi cogerentur, grauiter id, molesteque tulerunt.„

Vocabulum decimum إِنْشَآءَ apud MARRACCIVM separatim legitur إِنْ شَآءَ.

ad vers 29.

Vocabulum duodecimum رُكَّعًا, cuius nominatiuus رُكَّعٌ *incuruantes* siue *caput demittentes*, est pluralis a singul. رَاكِعٌ. Apud MARRACCIVM ex vitio typopraph. sine *Tesdid* scribitur رُكَعًا.



CLASSIS IV. SPECIMEN III.

Suratam LIX. de Congregatione exhibens.

بِسْمِ ٱللَّهِ ٱلرَّحْمَنِ ٱلرَّحِيمِ *

1 سَبَّحَ لِلَّهِ مَا فِي ٱلسَّمَوَاتِ وَمَا فِي
ٱلْأَرْضِ وَهُوَ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ *
2 هُوَ ٱلَّذِي أَخْرَجَ ٱلَّذِينَ
كَفَرُوا مِنْ أَهْلِ ٱلْكِتَابِ مِنْ
دِيَارِهِمْ لِأَوَّلِ ٱلْحَشْرِ مَا ظَنَنْتُمْ
أَنْ يَخْرُجُوا وَظَنُّوا أَنَّهُمْ مَانِعَتُهُمْ
حُصُونُهُمْ مِنَ ٱللَّهِ فَأَتَيهُمُ ٱللَّهُ
مِنْ حَيْثُ لَمْ يَحْتَسِبُوا وَقَذَفَ

في

فِي قُلُوبِهِمُ ٱلرُّعْبَ يُخْرِبُونَ بُيُوتَهُمْ
بِأَيْدِيهِمْ وَأَيْدِي ٱلْمُؤْمِنِينَ فَٱعْتَبِرُوا
يَا أُولِي ٱلْأَبْصَارِ * 3 وَلَوْلَا أَنْ
كَتَبَ ٱللَّهُ عَلَيْهِمُ ٱلْجَلَاءَ
لَعَذَّبَهُمْ فِي ٱلدُّنْيَا وَلَهُمْ فِي ٱلْآخِرَةِ
عَذَابُ ٱلنَّارِ * 4 ذَلِكَ بِأَنَّهُمْ شَاقُّوا
ٱللَّهَ وَرَسُولَهُ وَمَنْ يُشَاقِّ ٱللَّهَ
فَإِنَّ ٱللَّهَ شَدِيدُ ٱلْعِقَابِ * 5 مَا
قَطَعْتُمْ مِنْ لِينَةٍ أَوْ تَرَكْتُمُوهَا
قَائِمَةً عَلَي أُصُولِهَا فَبِإِذْنِ ٱللَّهِ
وَلِيُخْزِيَ ٱلْفَاسِقِينَ * 6 وَمَا أَفَاءَ
ٱللَّهُ عَلَي رَسُولِهِ مِنْهُمْ فَمَا

أَوْجَفْتُمْ عَلَيْهِ مِنْ خَيْلٍ وَلَا رِكَابٍ
وَلَكِنَّ ٱللَّهَ يُسَلِّطُ رُسُلَهُ عَلَي
مَنْ يَشَآءُ وَٱللَّهُ عَلَي كُلِّ شَيْءٍ
قَدِيرٌ * 7 مَا أَفَآءَ ٱللَّهُ عَلَي
رَسُولِهِ مِنْ أَهْلِ ٱلْقُرَي فَلِلَّهِ
وَلِلرَّسُولِ وَلِذِي ٱلْقُرْبَي وَٱلْيَتَامَي
وَٱلْمَسَاكِينِ وَٱبْنِ ٱلسَّبِيلِ كَيْلَا
يَكُونَ دُولَةً بَيْنَ ٱلْأَغْنِيَآءِ مِنْكُمْ
وَمَا آتَيكُمُ ٱلرَّسُولُ فَخُذُوهُ وَمَا
نَهَيكُمْ عَنْهُ فَٱنْتَهُوا وَٱتَّقُوا ٱللَّهَ
إِنَّ ٱللَّهَ شَدِيدُ ٱلْعِقَابِ * 8 لِلْفُقَرَآءِ
ٱلْمُهَاجِرِينَ ٱلَّذِينَ أُخْرِجُوا مِنْ

دِيارِهم

دِيَارِهِمْ وَأَمْوَالِهِمْ يَبْتَغُونَ فَضْلًا
مِنَ ٱللَّهِ وَرِضْوَانًا وَيَنْصُرُونَ ٱللَّهَ
وَرَسُولَهُ أُولَآئِكَ هُمُ ٱلصَّادِقُونَ *
٩ وَٱلَّذِينَ تَبَوَّءُ ٱلدَّارَ وَٱلْإِيمَانَ
مِنْ قَبْلِهِمْ يُحِبُّونَ مَنْ هَاجَرَ
إِلَيْهِمْ وَلَا يَجِدُونَ فِي صُدُورِهِمْ
حَاجَةً مِمَّا أُوتُوا وَيُؤْثِرُونَ عَلَي أَنْفُسِهِمْ
وَلَوْ كَانَ بِهِمْ خَصَاصَةٌ وَمَنْ
يُوقَ شُحَّ نَفْسِهِ فَأُولَآئِكَ هُمُ
ٱلْمُفْلِحُونَ* ١٠ وَٱلَّذِينَ جَآءُوا مِنْ
بَعْدِهِمْ يَقُولُونَ رَبَّنَا ٱغْفِرْ لَنَا وَلِإِخْوَانِنَا
ٱلَّذِينَ سَبَقُونَا بِٱلْإِيمَانِ وَلَا تَجْعَلْ

فِي قُلُوبِنَا غِلًّا لِلَّذِينَ آمَنُوا رَبَّنَا
إِنَّكَ رَؤُوفٌ رَحِيمٌ * 11 أَلَمْ تَرَ
إِلَى ٱلَّذِينَ نَافَقُوا يَقُولُونَ لِإِخْوَانِهِمُ
ٱلَّذِينَ كَفَرُوا مِنْ أَهْلِ
ٱلْكِتَابِ لَئِنْ أُخْرِجْتُمْ لَنَخْرُجُنَّ
مَعَكُمْ وَلَا نُطِيعُ فِيكُمْ أَحَدًا
أَبَدًا وَإِنْ قُوتِلْتُمْ لَنَنْصُرَنَّكُمْ
وَٱللَّهُ يَشْهَدُ إِنَّهُمْ ٱلْكَاذِبُونَ *
12 لَئِنْ أُخْرِجُوا لَا يَخْرُجُونَ مَعَهُمْ
وَلَئِنْ قُوتِلُوا لَا يَنْصُرُونَهُمْ
وَلَئِنْ نَصَرُوهُمْ لَيُوَلُّنَّ ٱلْأَدْبَارَ ثُمَّ
لَا يُنْصَرُونَ * 13 لَأَنْتُمْ أَشَدُّ رَهْبَةً

فِي

فِي صُدُورِهِمْ مِنَ ٱللَّهِ ذَلِكَ
بِأَنَّهُمْ قَوْمٌ لَا يَفْقَهُونَ * 14 لَا
يُقَاتِلُونَكُمْ جَمِيعًا إِلَّا فِي قُرًى
مُحَصَّنَةٍ أَوْ مِنْ وَرَاءِ جِدَارٍ بَأْسُهُمْ
بَيْنَهُمْ شَدِيدٌ تَحْسَبُهُمْ جَمِيعًا وَقُلُوبُهُمْ
شَتَّى ذَلِكَ بِأَنَّهُمْ قَوْمٌ لَا
يَعْقِلُونَ * 15 كَمَثَلِ ٱلَّذِينَ مِنْ
قَبْلِهِمْ قَرِيبًا ذَاقُوا وَبَالَ أَمْرِهِمْ
وَلَهُمْ عَذَابٌ أَلِيمٌ * 16 كَمَثَلِ
ٱلشَّيْطَانِ إِذْ قَالَ لِلْإِنْسَانِ
ٱكْفُرْ فَلَمَّا كَفَرَ قَالَ إِنِّي
بَرِيءٌ مِنْكَ إِنِّي أَخَافُ ٱللَّهَ رَبَّ
العالمين

ٱلْعَالَمِينَ * 17 فَكَانَ عَاقِبَتَهُمَا
أَنَّهُمَا فِي ٱلنَّارِ خَالِدَيْنِ فِيهَا
وَذَلِكَ جَزَآءُ ٱلظَّالِمِينَ * 18 يَا
أَيُّهَا ٱلَّذِينَ آمَنُوا ٱتَّقُوا ٱللَّهَ
وَلْتَنْظُرْ نَفْسٌ مَا قَدَّمَتْ لِغَدٍ
وَٱتَّقُوا ٱللَّهَ إِنَّ ٱللَّهَ خَبِيرٌ بِمَا
تَعْمَلُونَ * 19 وَلَا تَكُونُوا كَٱلَّذِينَ
نَسُوا ٱللَّهَ فَأَنْسَيهُمْ أَنْفُسَهُمْ أُولَآئِكَ
هُمُ ٱلْفَاسِقُونَ * 20 لَا يَسْتَوِي
أَصْحَابُ ٱلنَّارِ وَأَصْحَابُ ٱلْجَنَّةِ
أَصْحَابُ ٱلْجَنَّةِ هُمُ ٱلْفَائِزُونَ *
21 لَوْ أَنْزَلْنَا هَذَا ٱلْقُرْآنَ عَلَى
جبل

جَبَلٍ لَرَأَيْتَهُ خَاشِعًا مُتَصَدِّعًا مِنْ
خَشْيَةِ ٱللَّهِ وَتِلْكَ ٱلْأَمْثَالُ
نَضْرِبُهَا لِلنَّاسِ لَعَلَّهُمْ يَتَفَكَّرُونَ *
22 هُوَ ٱللَّهُ ٱلَّذِي لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ
عَالِمُ ٱلْغَيْبِ وَٱلشَّهَادَةِ هُوَ ٱلرَّحْمَنُ
ٱلرَّحِيمُ * 23 هُوَ ٱللَّهُ ٱلَّذِي
لَا إِلَهَ إِلَّا هُوَ ٱلْمَلِكُ ٱلْقُدُّوسُ
ٱلسَّلَامُ ٱلْمُؤْمِنُ ٱلْمُهَيْمِنُ ٱلْعَزِيزُ
ٱلْجَبَّارُ ٱلْمُتَكَبِّرُ سُبْحَانَ ٱللَّهِ
عَمَّا يُشْرِكُونَ * 24 هُوَ ٱللَّهُ
ٱلْخَالِقُ ٱلْبَارِئُ ٱلْمُصَوِّرُ لَهُ
ٱلْأَسْمَاءُ ٱلْحُسْنَى يُسَبِّحُ لَهُ مَا

فِي

فِي ٱلسَّمَوَاتِ وَٱلْأَرْضِ وَهُوَ ٱلْعَزِيزُ ٱلْحَكِيمُ ۞

In Nomine Dei Miſeratoris, Miſericordis.

1. Laudat Deum id, quod *eſt* in Coelis, et id, quod *eſt* in terra: et ipſe eſt Praepotens; Sapiens. 2. Ipſe eſt, qui eiecit eos, qui fuerunt increduli de familia Libri (*Iudaeos ſcilicet Nodeirenſes*) è domibus ſuis ad primam congregationem *eorum in Syriam.* Non putabatis, quòd egreſſuri eſſent *ex Arabia: et ipſi* exiſtimabant, quòd defenſurae *eſſent* ipſos arces eorum à Deo. At venit ad eos Deus, de vnde non exiſtimauerant: et coniecit in corda eorum terrorem. Diruebant domos ſuas manibus ſuis, et manibus Fidelium *eos oppugnantium.* Exemplum ergo capite *hinc* ǫ praediti oculis. 3. Et, niſi ſcripſiſſet Deus ſuper eos tranſmigrationem (*ideſt, niſi decreuiſſet eos ex Arabia in Syriam eiicendos*) certè puniuiſſet eos in hoc Mundo: et ipſis in futuro ſaeculo *erit* tormentum Ignis. 4. Hoc, quia ipſi ſchiſma fecerunt aduerſus Deum, et Legatum eius. Qui autem ſchiſma fecerit aduerſus Deum, vtique Deus *erit erga eum* vehemens punitione. 5. Quod excidiſtis

de

de palmis, vel reliquiſtis illas ſtantes ſuper truncos ſuos, *fuit* porrò per voluntatem Dei, et vt ignominia afficeret preuaricatores *Judaeos*, *qui eas poſſidebant.* 6. Et id, quod conceſſit in praedam Deus Legato ſuo ex illis, non impuliſtis ſuper illud vllos equos, neque Camelos (*ideſt non acquiſiſtis illud ope equorum, aut camelorum*) ſed Deus praeualere facit Legatos ſuos, ſuper quem vult: nam Deus *eſt* ſuper omnem rem Potens. 7. Id, quod conceſſit in praedam Deus Legato ſuo ex familia vrbium, *debetur* Deo, et Legato, et habenti conſanguinitatem *cum eo*, et orphanis, et pauperibus, et filio ſemitae (*ideſt detento, ſeu obſeſſo in itinere ſuo*) vt non ſit in circulum *perpetuum felicitatis* inter diuites ex vobis. Quod verò dederit vobis Legatus, porrò accipite illud. Quod verò negauerit vobis, abſtinete *ab eo affectando.* Et timete Deum: quippè Deus *eſt* Vehemens in punitione. 8. *Debetur etiam* pauperibus emigrantibus *è Mecca in Medinam*, qui eiecti ſunt è domibus ſuis, et facultatibus ſuis, *et* exquirunt abundantiam à Deo, et beneplacitum *eius*, et adiuuent Deum, et Legatum eius. Hi ſunt veraces. 9. Qui autem incoluerunt Domum *Medinae*, et fidem *receperunt* ante eos, amant illum, qui emigrauerit ad ipſos, et non inueniunt in pectoribus ſuis neceſſitatem (*ideſt inuidiam*) ex eo, quod datur illis

illis *de praeda à Mahumeto*; et praeferunt *eos* sibi ipsis, etiamsi sit in se necessitas *earum rerum, in quibus eos sibi praeferunt.* Qui autem custoditus fuerit ab auaritia animae suae, hi certè erunt felices. 10. Et, qui venerint post eos, dicent: Domine noster, parce nobis, et fratribus nostris, qui praecesserunt nos in fide: et ne ponas in cordibus nostris maleuolentiam erga eos, qui crediderunt. Domine noster tu certè es Pius, Misericors. 11. An non respexisti ad eos, qui in impietatem prolapsi sunt? Dicunt fratribus suis, qui sunt infideles ex familia Libri (*idest Judaeis Nodeirensibus*); Certè, si eiecti fueritis *ex Medina*, profectò egrediemur vobiscum; et non obediemus inter vos vlli vnquam *praeter vos*. Et, si oppugnati fueritis, certè adiuuabimus vos. At deus testis est, quòd ipsi sunt sanè mentientes. 12. Profectò, si eiecti fuerint, non egredientur cum illis: et certè, si oppugnati fuerint, non auxiliabuntur eis: et certè, si auxiliati fuerint eis, sanè retrò vertent terga: deindè non adiuuabuntur. 13. Certè vos *fuistis* robustiores *illis* ob metum *immissum* in pectora eorum à Deo. Hoc, quia ipsi *sunt* homines, *qui* non sapiunt. 14. Non pugnabunt contra vos *Judaei* omnes simul, nisi in oppidis munitis, vel de post muros. Vis militaris eorum inter se *est* valida: aestimabis eos omnes simul (*idest simul vnitos*) sed corda

corda eorum *sunt* diuisa. Hoc, quia ipsi *sunt* homines, *qui* non intelligunt. 15. Iuxta similitudinem eorum, qui *fuerunt* ante ipsos nuper; gustauerunt grauitatem *poenae* negotii sui: et ipsis *erit* supplicium dolorificum *in saeculo futuro*. 16. Iuxta similitudinem Satanae, cùm dixit homini: Esto infidelis. Cùmque infidelis fuisset, dixit *illi:* Certè ego immunis *sum* à te (*idest à peccato tuo*) quippè ego timeo Deum Dominum [a] Saeculorum. 17. Erit *nihilominùs* exitus vtriusque, quòd ambo in Ignem *coniiciendi sint*, perpetuò commoraturi in eo: et haec *erit* retributio Iniquorum. 18. O, qui crediderunt, timete Deum: et inspiciat [b] vnusquisque, quid praemittat *bonorum operum* ad diem crastinum: et timete Deum, quippè Deus *est* perfectè instructus de eo, quod facitis. 19. Et nescitis, sicut illi, qui obliti sunt Dei; et obliuisci fecit eos *Deus* animarum suarum. Hi sunt Praeuaricantes. 20. Non adaequabuntur habitatores Ignis, et habitatores Paradisi. Habitatores Paradisi ipsi erunt felices. 21. Si demisissemus hunc Alcoranum super montem: certè vidisses eum, sese humiliantem, scindentem sese ex timore Dei. Has autem similitudines proponimus hominibus, vt ipsi *eas* mente reuolvant. 22. Ipse *est* Deus, qui non est Deus, nisi ipse: Cognitor occulti, et manifesti:

[a] Mundorum.

[b] anima.

ipse est Miserator, Misericors. 23. Ipse est Deus, qui non est Deus, nisi ipse: Rex, Sanctus, Pax, Fidelis, Custos Praepotens, Gigas, Excelsus, Laus Deo ab eo, quod associant (*idest absit, vt habeat deos socios*). 24. Ipse est Deus, Creator, Conditor, Formator. Ipsi sunt nomina pulcherrima. Laudat eum id, quod *est* in Coelis, et Terra: et ipse *est* Praepotens, Sapiens.

NOTAE.

Surae titulus Arabicè الحشر, quae vox primariò *congregationem* significat: agitur enim in ea de Iudaeis è Medina in Syriam à Mahumeto expulsis, et in eadem Syria congregatis. Exponit Gel. جلاء, *transmigrationem:* alii vertunt *expulsionem:* alii *dispersionem.* Est autem Sura Medinensis; et commata quatuor supra viginti illi tribuuntur. Qui eam legerit غفر الله له ما تقدم من ذنبه وما تاخر *ignoscet ei Deus peccata omnia antecedentia, et subsequentia.*

II. *Ad primam congregationem eorum in Syriam.*] Hi nempè Iudaei, qui dicebantur بنوا النضير *filii*, seu posteri *Aldodeiri*, bis eiecti sunt è Medina, in qua arces quasdam obtinebant. Primò, cùm aduersus Mahumetum vna cum quibusdam perfidis Mahumetanis conspirassent: tunc enim ab eodem Mahumeto victi, depulsique

que funt in Syriam. Secundò, cùm regreffi iidem, vel alii, qui remanferant, iterùm noua moliti funt, et tunc, vt fcribit Gelal: جلاهم عمر في خلافته الي خيبر *eiecit eos Omar in Imperio fuo in regionem Chaiber.*

V. *Quod exciditis de palmis.*] Mahumetani fcilicet pugnantes contra Iudaeos praedictos exciderant hoftilem in morem palmeta quaedam eorum: quaedam verò intacta reliquerant.

VI. *Et id, quod conceffit in praedam Deus Legato fuo.*] Ac, fi diceret, inquit Gelal: فلا حق لكم فيه ويختّص به النبي ومن ذكر معه من الاصناف الاربعة علي ما كان يقسمه من ان لكل منهم خمس الخمس وله ثمّ الباقي يفعل فيه ما يشاء فاعطي منه المهاجرين وثلاثة من الانصار لفقرهم: *Propterea nullum vobis ius eft in ea, fed peculiari iure debetur Prophetae, et illis quatuor hominum generibus, qui fuprà commemorati funt: ita vt horum vnicuique generi danda fit quinta quintae: reliqua verò conueniant Prophetae, vt faciat de illis, quod voluerit. Dedit tamen partem eorum iis, qui Mecca emigrauerant: et tribus ex Auxiliatoribus ob paupertatem eorum.*

VII. *Vt non fit in circulum.*] Sententia eft, has praedas ex vrbibus deuictis relatas diftri-

V 2 buen-

buendas esse pauperibus, non diuitibus: ne ad hos semper redeat fortuna cum suis opibus.

XV. *Eorum, qui fuerunt ante ipsos nuper.*] Gelal: وهم اهل بدر من المشركين *hi fuerunt Bedrenses Idololatrae*, quos Mahumetus paulò ante deuicerat.

XVI. *Cùm dixit homini.*] Possunt haec intelligi pro aliquo casu praeterito, nempè pro Adam, vel alio homine: vel pro re, quae quotidiè euenire consueuit, ita vt praeteritum pro praesenti sit accipiendum.

XXII. *Qui non est Deus, nisi ipse.*] Retinui hic modum loquendi Arabicum, aequiualentem huic: *Praeterquam nullus alius* est Deus.

XXIII. *Gigas.*] Arabicè الجبّار. Hoc titulo vtuntur etiam Christiani Syri loquentes de Deo, vel Christo. Sed haec vox apud Arabes significat etiam *superbum, ac tyrannum*. De his, aliisque Dei nominibus apud Arabes, vide quae suprà dicta sunt.



SYLLA-



SYLLABVS CONTENTORVM IN HAC ANTHOLOGIA ARABICA.

III) In

Bello

Litteris Fickelscherrianis.



pag.
232

63

94



